



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè fidelis & verè devoti ...

... De Excellentis Jesu Christi Dei-Hominis


Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1723

VD18 80217931

Consultatio XXVIII. De summo excessu amoris & misericordiæ quem Jesus
Christus ostendit nobis, patiendo & moriendo pro nobis in cruce.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45509



CONSULTATIO XXVIII.

*De Summo Excessu Amoris & Misericordia, quem
Iesus Christus ostendit nobis, patiendo & moriendo pro
nobis in Cruce.*

Invisendum restabat nobis tertium Spiridionis Oratorium, quod collocaverat omnino in vertice montis sui, velut precipuum, & illud, quod maxima complectebatur mysteria, & in quo majori ex parte suam perficiebat orationem. Non opus erat multis ipsum urgere precibus, ut permitteret nobis illuc introitum, sed ipsemet nos invitavit, ut eousque ascenderemus, ad conspiciendum id ibi, quod consolationi nostrae imponeret Colophonem.

Thabor & Calvaria sibi correspondent.

Approinquans exaratum videbam magnis characteribus supra portam unicum hoc verbum: Excessus. Quid sibi vult hic titulus, mi Pater? Intrate, inquiebat, mox illud videbitis. Sanè, quamprimum intravimus, depictum conspeximus ex una parte montem Thaborum, & ex opposito montem Calvariae. Supra Thaborem videre erat Salvatorem transfiguratum, & ex utroque ipsius latere Moysen ac Eliam, loquentes cum ipso.

Supra Calvariam conspiciebatur idem Salvator totus deformatus & moriens in Cruce. Haud difficile nobis erat capere mysterium per verba Evangelii dicentis nobis, quod, cum in Thaboræo vertice Moyses & Elias essent cum Christo Iesu, locuti fuerint de excessu, quem completurus erat in Jerusalem: siquidem noveramus, quod juxta opinionem sanctorum Patrum; hic excessus erat ille Passionis suae.

Luc. 9.

Omnia profectò hic excessus sunt. Hic enim virium suarum exhaustit residuum, hic totum suum effudit sanguinem, & tradidit vitam suam, omni adnitens contentione, ut efficax afferret remedium cunctis malis, quæ causaverat peccatum totius naturæ humanæ. Hinc cum absorptam ipsam viderat in horrendis tribus abyssis iniquitatum, per concupiscentiarum suarum excessum, maximum bonitatum & misericordiarum suarum ipse impendit excessum, ut ex iis re-

Iesus Christus in Passione sua in tres prolapsus est excessus: humiliationum, dolorum & amoris. Quare.

Bbbbbb 3

112

traheret ipsam. Et quia videbat, per tres perire nos excessus, superbiam, voluptatis, & amoris propriae utilitatis nostrae, ipse quoque in Passione sua in tres prolapsus est excessus, praefatis prorsus contrarios, ut ab infelici hoc salvaret nos naufragio. Hi excessus fuere opprobria, dolores & amor: excessus opprobriorum, ignominiarum & humiliationum contra excessum nostrae superbiam: excessus saevimorum dolorum, contra excessum illicitarum nostrarum voluptatum: excessus amoris & bonitatis, contra excessum amoris

nostri proprii, & prosecutionem propriae nostrae utilitatis. Hoc erat, quod statim diximus ab initio per synopsis Spiridioni ad intuitum sui Thaboris, suaeque Calvariae; & ipse approbavit, ratamque habuit sententiam nostram, suae omnino conformem; quandoquidem vero ipse frequentibus & seriis considerationibus has ponderavit veritates, voluit illas explanare nobis ad longum. Et hoc argumentum fuit Consultationis nostrae, quae haud leviter nostros commovit animos.

ARGUMENTUM.

Excessus opprobriorum & humiliationum in Passione Jesu Christi.

ARTICULUS I.

Verum dicimus, fratres mei, quando dicimus, quod peccatum fecerit injuriam infinitam Deo; sed quod dicimus, non comprehendimus: siquidem haec injuria non consistit nisi in contemptu Dei, & impossibile est intellectui creaturae, qui finitus est, comprehendere, quid sit contemptus Dei, cum hic infinitum quoddam sit in alio infinito, id est, infinita quaedam magnificentia redacta ad infinitam quamdam abjectionem, Deus postpositus nihilo peccati. Ad com-

prehendendum hoc, scire oporteret, quid sit Deus, & quid sit peccatum, & quanta distantia inter utrumque; & intellectus creaturae qui limitatus est, nullam ad hoc assequendum habet capacitatem. Ecce quare non videamus horrorem peccati, quem si videremus, suam nos maceraret deformitate. Dicimus quidem, illud esse injuriam infinitam Majestati Dei factam, sed nescimus, quid dicamus; & scrutemur circa hoc, quantum voluerimus, id nunquam comprehendemus.

Sed

Impossibile nobis est comprehendere injuriam, quam peccatum infert Deo.

Contemptus,
quem peccatum
facit Deo,
reparatus est
per alium
contemptum
Dei.

Sed magis adhuc incomprehensibile est, quod infinitus hic Dei contemptus reparari debeat per alium infinitum contemptum Dei ipsius, apparentis nostris oculis sub forma peccatoris, Quis attollere posset mentem suam eousque, ut videret infinitam magnitudinem Verbi Dei, quod à sancto Paulo nuncupatur splendor gloriæ Dei Patris sui. Verbum hoc adorandum, quod exhaurit totum intellectum & totam substantiam Patris, qui totum dat, ut æquè magnum ac se producat ipsum; abyssum hanc prodigiorum pulchritudinis, gloriæ magnificentiæ & Majestatis, quæ totum cælum æterno raptu tenet defixum, dum intuetur splendores faciei ejus? aspicere, quod descendat in Persona ex hoc throno infinitæ magnitudinis suæ, ut voluntariè immergat se in profundissimam nihil nostri abyssum, factus homo mortalis & fragilis, sicut nos omnes; hoc est, quod deficere præ admiratione fecit sanctum Paulum, ipsique expressit stupenda hæc verba: *Semetipsum exinnavit, formam servi accipiens.* Infinita hæc majestas annihilavit semetipsam, formam assumens servi, seque induens habitu peccatoris.

Videte, unde egrediatur, & quod tendat, attendite. Egreditur è vertice cœlorum, sicut dicit

Scriptura, & currit velut gigas, ad inquirendum contemptus, humiliações, annihilaciones. Sequamur hunc gigantem fratres mei, & admiremur saltem, si comprehendere non possumus gressus ipsius. Primus est, quod factus sit homo, qui requireret plus quam sæculum, ad considerandum, quæ ratione possibile sit, quod immensitas Dei constingatur parvitate corporis infantilis, Omnipotentia infirmetur, æternitas arctetur duratione unius diei, immortalitas subdatur morti, & unico verbo, omnes Dei magnificentiæ involvantur & abscondantur sub vilitatibus & abjectionibus humanis. Quam profundæ annihilaciones, quæ nobis sunt incomprehensibiles!

Verùm si homo est, ergò saltem erit primus, præcipuus, potentissimus & honoratissimus hominum: quis enim in controversiam vocare illi poterit hunc primatum? ex omni genere justitiæ congrueret hic illi; sed ipse humiliaciones sectatur & contemptus, vult esse omnium novissimus, contemptissimus, & hominum miserimus: *novissimum virorum.* Et ecce tibi abyssum despectuum injuriarum & opprobriorum, cui immerfus est, descendens semper è profundo in magis profundum.

1. Ipse est sanctitas infinita, eum personaliter sit Deus; & tra-

Jesu Christum descendit è vertice cœlorum, ut inquireret contemptum in terris

Vult esse novissimus hominum.

Isa. 53.

Philipp. 2.

Tractatur ve-
lut sceleratus. **tra**ctatur velut sceleratus, accu-
satur, comprehenditur à justitia
velut reus, trahitur cum fune ad
collum per plateas Jerusalem,
ubi velut Rex acceptus fuerat
quatuor ante dies, despectus, ir-
risus, maledictus à numerosa hac
plebe, quæ ipsum aliàs prosecu-
ta fuerat tantis laudibus, applau-
sibus, acclamationibus. An in-
juriarum & despicatum sit satis
pro augusta hac Majestate, dum
quem adorant Angeli in cælo,
parvi homunciones onerant op-
probriis in terra? & nihilomi-
nùs nonnisi præludia hæc sunt,
tendit ulterius, & sufferre exop-
tat majores longè contemptus.

Accipit ala-
pam à servo,

2. Deducitur hoc instructus
apparatu in domum Pontificis,
ubi divina prorsùs cum sapien-
tia interrogationibus sibi propo-
sitis respondenti insolens verna
dedit alapam in præsentia ma-
gnæ coronæ Principum Jerusa-
lem. Ambitio humana ades-
dum ut dicas mihi, quid sentias.
Nonne credis alapam, nunquam
non magnam esse injuriam,
quando etiam non fieret, nisi
abjectæ conditionis homini?
sed alapam inflictam nobili, in-
quis esse maculam, quæ abstergi
non possit nisi sanguine? sed
pro alapa facta Principi, quæ di-
gna fieri aut inveniri possit repa-
ratio honoris? sed alapa data
Regi, Imperatori, & data à quo-
dam famulo, nonne horrore &

tremore percelleret universum
Regnum? Ah! quid est Rex
terræ respectu Majestatis infini-
tæ Dei, excipientis alapam è ma-
nu despicabilis servi? ô infini-
nita magnificentia! ô Majestas
superadoranda, ad quantum an-
nihilationis excessum redigis te-
metipsam? cur non permittis,
totum ut cælum se abiciat ad
pedes tuos, ad faciendam saltem
aliqualem honoris reparatio-
nem?

3. Verùm nec unicus Præsu-
lum vel Principum horum erat,
cui objurgandi insolentem hunc
famulum foret animus; sed po-
tius universus cœtus vel huic
applaudens actioni, auxerunt in-
juriam, descœdantes sputis ipsius
faciem: *Cœperunt in faciem ejus* Matth. 26.
spuere. Quando parum dunta-
xat salivæ ceciderat supra vesti-
mentum alicujus Judæi, cense-
batur totâ illâ die immundus.
Sed videre hîc adorandam JESU
Christi faciem scœdissimis pror-
sus obtectam sputis, quæ carni-
fices illi senes ex intimi pectoris
sui attraxerant fundo, ut infere-
rent hæc fronti, oculis, ac ori ip-
sius; & ipsum ligatis stare ma-
nibus, & qui hæc abstergat, adesse
neminem! Pater cœlestis, *re-
spice in faciem Christi tui;* aspice tui
faciem Filii, & vide, quali sit in-
structa ornatu. Estne hic, qui
tuz splendor est gloriæ? Angeli
cœli, aspice hanc faciem, quæ
suâ

suâ vos rapit pulchritudine, an hoc in statu agnoscitis illam? sed, videte Joculi mei, quantis vestra arrogantia steterit opprobriis Salvatori vestro. Nonne suffundat vos pudor, quod nec minimum tolerare possitis contemptam amore ipsius, dum gressu giganteo sectatur ipse despiciatus maximos amore vestri? sequamur ipsum oculis, & abhinc quò vadat, videamus.

4. Omnibus his contumeliis affectus est ab inimicis suis, & quamvis admodum enormes hæ fuerint, nihil tamen sunt respectu illarum, quas tolerat ab amicis suis. O quàm intolerabiles sunt injuriæ, quas inferunt nobis familiares nostri, amici nostri intimi! quantum probrum Jesu Christo, quod Apostoli sui dereliquerint ipsum, velut hominem profligatum; quòdque Petrus omnium præcipuus & ferventissimus, quem summâ honoraverat Ecclesiæ suæ dignitate, instituens ipsum suum in terris Vicarium, qui agnoverat & confessus fuerat illum velut verum Dei vivi Filium, neget jam & eat inficias, hominem hunc sibi esse aut fuisse Magistrum. Erubescit confiteri, quòd ipsum vel viderit, vel frequentaverit unquam, & insuper jurat, nullam sibi ipsius esse notitiam, eò quòd metueret, ne crimini se

redderet obnoxium, si se hominis istius profiteretur discipulum. Omnes persecutiones, quas toleravit Dominus noster ab inimicis suis, non tantum concitare & exasperare in ipsum poterant animos, quantum hæc sola abnegatio Petri; dici enim poterat: isti sunt homines suo in ipsum extimulati odio, suâ obcæcati passione. Sed quid judicari possit de homine, quem amici sui intimi, quibus melior ipsius est notitia, relinquunt ac deserunt?

5. Sed satis non est, quòd relictus, desertus ac negatus fuerit à suis Apostolis; longè adhuc atrociora, magisque indigna expectant ipsum. Traditor Judas, unus ex duodecim, tractat ipsum velut mancipium, velut quasi bestiam, quam exponit mercatoi. Sed ut melius ostendat, quàm parvi ipsum faciat, vendet ipsum vilissimo, quod spontè sibi fuerit oblatum, pretio: *Quid vultis mihi dare? date mihi, quidquid placuerit vobis, & ipsum vestris consignabo manibus.* Infelix, si tuâ extimularis avaritiâ ad vendendum divinum Magistrum tuum; poteras exin lucrari magnam pecuniæ summam; exploratum enim est tibi ingens desiderium, quo exæstuant habendi ipsum in manibus suis; tu ipsemet æstimasti unguentum Magdalene trecentis

Ccccc

tis

6.
Derelinquitur
ab Apostolis &
negatur à Pe-
tro.

ria

tis denariis; jam sine comparatione majoris is est: postulare igitur bene poteris pro ipso denarios ter millenos. Sed oportebat traditioni tuæ conjunctum esse despiciatum maximum huncque avaritiâ tuâ apparere majorem: tu vendis ipsum triginta denariis, vendidisses libentius unico solo, cum nihil in æstimatione tua contemptibilius sit ipso: *Solus in comparatione omnium vilescit Deus.*

Salvianus,

Nondum igitur inquis, Domine: *Saturatus sum opprobriis?* non, adhuc illorum tenet me sitis, restant mihi profundiores adhuc injuriarum & humiliatorum abyssus; descendam illuc, illucque gigantæo gradum accelerabo passu. O nos beatos, si nobis foret animus non insculpendi solummodo menti magnas ipsius humiliationes, sed etiam paulisper participandi ex illis.

6. Aspexistis ipsum contemptum coram Pontificibus, percussus alapa à servo, descensum sputis à magno conventu, negatum à S. Petro, vili pretio venditum à Juda. Videte post hæc omnia, quam parvi ipsum æstimet universus populus; hic populus, qui excepere auribus stupendas ipsius Conciones, qui hausere oculis ingentia ipsius miracula, millenis obruti ab ipso beneficiis, quibus devinctos ha-

bebat sibi ipsos. Dicitur, omnes comparationes esse odiosas, sed reperire ex illis est, quæ infinitâ ratione sunt intolerabiles. Quis imaginari sibi posset aliquam magis horrendam, quam videre Deum Israël, Messiam promissum, expectatum, tam ardentè desideratum ab hoc populo, qui tam manifestè suam ipsis probaverat Divinitatem, videre ipsum in comparationem, parallelum & collationem adductum cum Barabba hominum sceleratissimo, quem Evangelium appellat *Vinctum insignem*, homicidam, seditiosum, peltem populi. Quæritur, quis è duobus magis indignus sit vitâ, magisque dignus morte; necessario ipsorum uni pereundum est. Popule Israël, tua requiritur sententia, tu nôsti utrumque, tibi constat, quid in ipsorum aspexeris tum agendi tum vivendi ratione, quomodo ab uno & altero fueris acceptus: quem æstimas plures? cui indulgere vis vitam? ne præceptis ruito in sententiam; pondera bene, perpende exactè valorem utriusque; an vis liberari Barabbam? an vis liberari Jesum? *Non hunc, Postponitur sed Barabbam.* Dimitte Barabbam, à populo Barabbæ, & occide Jesum. Barabbas duobus procul est malus, sed pejor adhuc est Jesus.

7. Ecce igitur tandem redactum te, ô amabilissime Jesu, in pro-

Ignominia,
quas perpeſſus
eſt à militibus
tota nocte.

profundiſſimam deſpicatùs abyſſum, eòquòd adductus in comparationem poſtpoſitus fueris ſceleratiſſimo & facinoroſiſſimo hominum, qui ſunt in terris. Nondùm, reſponderet tibi, attingi illam; verſantur mihi adhuc ob oculos magis profundæ contemptuum abyſſus, quòd deſcendendum eſt mihi: non loqueris de iis, quos abſconditos ſerva-
Vèrè intra mentis ſuæ penetralia perſecutores mei, vel quos obreptos tenuit caligo noctis. Si aſpexiſſes ſenſa, quæ recondita latebant in corde Sacerdotum, Pontificum, & Phariſæorum clandestinis ſuis conſiliis cruentam hanc ludentium tragœdiam: ſiquidem voluiſſent ipſi, ut poſtponeret damnatorum noviſſimo in inferno: ſi vidiffes irriſiones & ignominias, quibus obruerunt me totâ nocte milites, quorum traditus fueram cuſtodix, probroſâ circumdantes me chlamyde, inferentes manibus meis arundinem in formam ſceptri, imponentes capiti meo coronam è ſpinis, ſalutantes exin me flexo poplite per contemptum, inſiſtente mihi quolibet eorum pro homagio colaphum, certantibus, quis inſiſtaret fortio-
& tandem obvelantes mihi oculos, & in capite percutientes me, mihi que ridiculè dicentes: prophetiza, novimus enim te Prophetam eſſe, prophe-

tiza, quis eſt, qui te percuffit: ſi conſpexiſſes indecoras omnes ipſorum actiones, ſi auſcultaffes cuncta inſolentia ipſorum verba, fatendum tibi omninò foret, neminem unquam majoribus proſciſſum fuiſſe contemptibus, deſpicatibus, inſultibus: erant hi tam horribiles, ut opus fuerit caligine noctis, quæ ſubtraheret illos cognitioni hominum: nam animoſiſſimi quique exin fuiſſent convulſi tremore.

8. Nihilominùs ſatis non erat, ^{Condemnatus} me ita occultis proſciſſum fuiſſe ^{in omnibus} contumeliis: oportebat omnes ^{tribunalibus.} meas ignominias, omnia mea probra patere oculis omnium. Deducebar manè de tribunali ad tribunal, & ubique judicabant me vitâ indignum. O iniquam hominum juſtitiam, ubi innocentia puriſſima, ubi ſanctitas Filii Dei condemnatur ad mortem! an igitur quidquam magis injurioſum, magisque contumelioſum, quod patiaris, ſit ſuperſtes, mi Domine! Immo: ſiquidem exin deductus fui ad Herodem, qui magna me patrare audièrat prodigia; proin me velut mimum ac hiſtrionem accipiens, petiit à me, ut ad ſui oblectationem coram ſe aliquod patrare vellem miraculum. Sed æquum non erat, ut abuterer Omnipotentia Dei Patris mei, ad ſatiſfaciendum curioſitati ſcelerati alicujus viri; adeoque cùm

C c c c c 2

id ab-

Habitus ut fa-
tuus ab Hero-
de & exercitu
ejus,

Luc. 23.

in templo
in qua
anquam

id abnueram, indutus sum velut
fatuus veste albâ, & in hoc ap-
paratu expositus risui, insultibus
& sarcasmis totius exercitûs He-
rodis: *Sprevit eum Herodes cum
exercitu suo.* Ah! Domine, ni-
mium hoc est, nimius hic est
contemptus, quem pateris pro
me. Non tuum est, mi ama-
bilissime JESU, sed meum est pa-
ti contemptum; tibi omnis de-
betur gloria, mihi velut criminis
reo omnis confusio. Accipe,
quod tuum est, & relinque mi-
hi, quod meum est.

Verum est, quòd audientes
hæc exponi à Spiridione, omni-
nò fuerimus consternati, magno
suffusi pudore, & vehementi do-
lore afflicti, nec minore convulsi
terrore. Hinc videns, nos quasi
linqui animo; non est tempus,
ajebat, fratres mei, hæcere hic
attonitos, quia nihil adhuc vidi-
stis; non est totus adhuc hic ma-
gnus ille opprobriorum & igno-
miniarum Oceanus, quo amabi-
lis noster absorptus & submersus
est Redemptor. Sed audite, quid
dicturus sim, omnesque illuc
contendite animi nervos, ut, si
possibile vobis est, id ipsum ca-
piatis.

Psal. 68.

9. Vix non diffringitur dolore
cor meum, dum ipsummet in
Scripturis conquerentem perci-
pio: *Operuit confusio faciem meam.*
Et quando hoc fuit? fuit, dum
oneratum se vidit infinitâ con-

fusione, quæ debita erat cunctis
peccatis hominum. Omne pec-
catum trahit post se probum su-
um, confusionem suam; duo
peccata sunt duo proba, decem
peccata sunt decem proba, cen-
tum peccata sunt centum pro-
bra, centies millena peccata sunt
centies millena proba, & infinita
peccata sunt infinita proba. Quis
comprehendere igitur posset il-
lam confusionum abyssum, quan-
do oneratum se vidit infinitâ mul-
titudine omnium peccatorum
hominum, quasi hæc omnia ip-
semet commisisset? *Posuit in eo
iniquitates omnium nostrum;* ita ut
omnes spurcitæ impudiciarum
turpissimarum, omnia furta ma-
gis abominanda, omnia homici-
dia magis atrocia, omnes prodi-
tiones magis perfidæ, omnes
blasphemias magis impiæ, om-
nes malitiæ magis infames, &
unico verbo, omnia crimina ma-
gis execranda, quæ unquam
commissa sunt à cunctis homi-
nibus, quibus oneratus is erat,
quasi in Persona ipsemet com-
misisset illa, conficerent ipsi ve-
stem ex meris confusionibus &
probris ad operiendum ipsum.

Concipite animo confusio-
nem lethalem alicujus personæ,
quæ nunquam non irreprehensi-
bilis, & magnâ pietate insignis
passim à cunctis fuerat æstimata,
si deprehendatur in facto quo-
piam, quod committi possit, ne-
fan-

Portavit pro-
brum omni-
um nostro-
rum peccato-
rum.

Isa. 53. v. 6.

Quantæ con-
fusionsi ipsi
fuerint nostra
peccata.

Co-
fu-
cul-
tris
inf-
ce

fandissimo & turpissimo, ipsiusque infamia in instanti fiat publica. O Deus! nonne veller, ut aperiret se terra, seque in ipso deglutiret instanti, sicque a tormento se eximeret magis sevo ipsa morte? adijunge huic centena alia ejusmodi probra, & iterum alia paris turpitudinis centies millena, hisque eandem onera & aggrava personam: quid fiet cum illa? & considera, quod Jesus Christus, qui Sanctitas est infinita, se viderit tanquam deprehensum in facto, & verè oneratum omnibus hominum peccatis, quasi ipsorum esset reus: *Peccata nostra ipse portavit.* Nam quamvis impossibile sit, ipsum unquam vel unicum committere peccatum, nihilominus omnia suscepit in seipsum quasi sua propria, ut ipsorum portaret poenam, probrum, confusionem, supplicium. Quantos putatis fuisse clamores omnium harum abominationum? *Dicunt omnes, crucifigatur.* Moriatur hic sceleratus, moriatur, in crucem agatur innumeris vicibus dignus est morte.

Confusio ipsius coram oculis Dei Patris sui, dum insonuit: *Ecce Homo,*

Videre se expositum in probroso hoc apparatu in conspectu cœli & terræ, Creatoris & creaturarum, quando productus fuit coram omnibus, affirmante ipse Pilato: *Ecce Homo.* Hoc non est dicere: *Ecce homo* quispian particularis, sed; ecce ho-

mo quidam universalis, id est, omnes homines in unico hoc homine conjuncti, omnes, peccatores, omnes scelerati, omnes inimici Dei in epitomen redacti. conflati & collecti in hoc homine. An Pater cœlestis agnoscis illum? estne hic unicus, qui est splendor gloriæ tuæ, & divinæ tuæ objectum complacentiæ? an benigno ipsum intueris oculo ita innumeris oneratum criminibus & abominationibus, quæ tibi sunt horrore? non, ipse hoc in statu, & hâc sub ratione, non complacentiæ, sed tuæ objectum est iracundiæ; & in sacro codice dicentem te audio: *Plagâ crudeli percussit eum.*

Angeli cœli alloquor vos, vobisque dico: *Ecce homo:* ecce Homo Deus, quem adorastis in instanti creationis vestræ; ecce pulchritudo infinita, quæ vestros oblectat oculos; ecce Sol justitiæ, qui illustrat vos sanctitatis splendore; an agnoscitis ipsum ita innumeris oneratum criminibus execrandis? Audio Prophetam mihi dicentem: *Angeli Pacis amarè fiebant.*

Isaïæ 33.

Itane ergo à nemine in hoc statu agnoscat? vos saltem, ô animæ virtutibus addictæ, quibus statutum est non aliud, quam ipsum amare, non occupari alio, quam ipso; vos, quibus solemne est imitari Angelos beatos, qui incessanter ipsius contemplantur

Ccccc 3

faciem,

Quo spiritu
aspiciendus
sit Iesus Chri-
stus, propo-
tus ut *Ecce
Homo*.

faciem, suam sicut vos in hoc collocantes felicitatem, quod considerent ipsum, quod cogitent de ipso: ecce Homo; aspiciate, ecce vobis illum: an agnoscitis ipsum modo, innumeris obvolutum criminibus, quæ efficiunt illum cunctis creaturis magis horridum aspectu? si videre amplius non possitis vestrum Deum; videte igitur ipsius locò abominandum horrorem criminum, quæ annihilârunt quasi vestrum Deum: si lacrymæ vobis obtundunt oculos, paulisper extergite illos, & propius aspiciate, ut propria hîc vestra, quæ ipsum gravant, ipsûmque pudore suffundunt, agnoscat peccata. Ita, ecce vobis illa, hoc & hoc crimen, quod commisit: nonne videtis, quomodo portet ipsorum probra pro vobis, & quomodo hæc repleant ipsum confusione? O mi Iesu! an semper ergò insensibilis ero petra? nonne moriendum mihi foret præ dolore intuendo ejusmodi spectaculum? ocludite vos, oculi mei, & ne amplius videatis hoc objectum, vestra extinguite lumina in aquis lacrymarum.

Ultima confu-
sionis aby-
sus in Cruce
ipsum.

10. Adhæc, quomodo videre possletis, quod astra cæli videre non potuerunt, quin obcæcarentur; quod sentire non potuerunt petra, quin scinderentur præ dolore; quod sustinere non po-

tuit terra, quin contremisceret præ horrore; volo dicere, profundissimam confusionum & ignominiarum abyssum, cui tandem est ipse immerus. Quæ conclusio expectanda erat ex ejusmodi præmissis? nisi quod tandem condemnatus fuerit, ac si solus foret obnoxius cunctis criminibus hominum, & ad supremum condemnatus supplicium; sed suppliciorum omnium probrosissimum, quod erat suffigi in crucem, quæ pro ligno habebatur maledictò, & ignominiosissimâ omnium morte. O Salvator mundi! an igitur usque eò descendere voluisti amore nostri? O malitia infinita peccati hominum! an igitur usque eò redigis Deum Omnipotentem, qui fecit cælum & terram?

Si moriendum fuerat, mori poterat morte minus infami. Sed Judæi, qui condemnabant ipsum ad crucem, non solum intendebant ipsum exuere vitâ, sicut observat S. Chrysostomus, sed volebant cumprimis ipsum omni spoliare honore, & per hoc memoriam ipsius reddere tam execrandam, ut si non sufficeret mors, mortis tamen sufficeret genus, ad adimendum omnibus, ipsismet etiam suis, animum, loquendi de ipso: *Ut, si nemo pro-*

*S. Chryso-
stomus in Epist. ad
Philipp. hoc*

hoc

hoc pacto occisus est. Nam quis ausus fuisset evulgare & proponere hominum judicio ceu Deum immortalem, hominem in Cruce mortuum, condemnatum à sententia justitiæ, ultimo affectum supplicio à manibus carnificum, in loco patibulario inter latrones?

Ecce fratres mei, conclusit Spiridion, id, quod attonitus reddidit omnes animos, & cunctas facit obmutescere linguas. Exhaustus sum, nec quidquam amplius vobis dicere possem: nôsse autem percuperem cordium vestrorum hac super re affectus & sensa.

ARGUMENTUM.

Quales affectus conciliare in nobis debeant Excessus humiliationum Filii Dei in Passione sua.

ARTICULUS II.

FAteor, inquit pius noster & eruditus Ecclesiasticus, non nisi confusionem sentire me in intellectu meo, qui duo hæc extrema conjungere simul non potest, magnitudinem Dei, & ipsius humiliationes. An gloria infinita dissipare non debeat omnia ignominiarum genera, sicut sol dissipat tenebras, quæ subsistere non possunt præsentem ipso? & opprobria infinita an extinguere non debeant omne genus gloriæ, velut nox profunda omne expellit & fugat lumen? & tamen videre hæc duo extrema conjungi in Persona Jesu Christi, quàm incomprehensibile hoc prodigium!

Ex hac confusione intellectus mei, plures nascuntur affectus in corde meo. Modò cogito mecum ipse, affirmandum om-

ninò esse quòd superbia magna sit injuria Deo, & crimen prorsus enorme, còquòd tali opus fuerit remedio ad sanandum ejusmodi malum. Ex magnitudine reparationis intueor magnitudinem injuriæ, & ex virtute remedii colligo malitiam morbi. Sed cum primis video ipsam, quando considero, quòd nondum sanata sit ab omnipotenti hoc remedio, quòdque non obstantibus cunctis tam profundis humiliationibus Majestatis Dei, ambitio & superbia adhuc ubi vis insolenter imperent, insuper & videatur, id ipsum parùm æstimari. O superbia! ô vanitas mentis humanæ, quàm malum es incurabile! Eheu! non cognoscitur tua malitia; unde oritur, quòd non majoris horrore, quam sint homicidia, furta, impudi-

Humiliatio-
nes Jesu Chri-
sti ostendunt,
quàm injuri-
osa sit Deo su-
perbia nostra,

pudicitia, cum certum sit, te magis Deo esse injuriosam?

Christianus
superbus est
pejor Lucifero,
ro.

Tu peccatum es diabolorum, quod æstimatum fuit indignum misericordiâ; sed magis adhuc horrendum, magisque indignum es veniâ in hominibus, qui non nisi vermiculi sunt terræ comparati cum Angelis; sed præcipuè, postquam proprius Filius Dei sese humiliavit, seque probris & confusione exposuit amore hominum, & ut veram doceret ipsos humilitatem: si superbi adhuc sunt, longè deteriores sunt dæmonibus; certum enim est, quòd si Filius Dei vel minimam illarum humiliationum tolerasset pro Lucifero, quamvis dæmonum sit maximus & Rex superbix, in ipso instanti evaderet humillimus omnes inter creaturas. O quàm superbia hominum indigna est misericordiâ!

Modò accenditur in me desiderium, accendendi jam cor meum desiderio, quod ardebat in Lucifero, dum dixit: *Similis ero Altissimo*. Crimen fuerat ipsi, similem esse voluisse Deo in Majestate gloriæ suæ; sed maxima mea foret felicitas, si similis jam essem Altissimo in profundissima ipsius humiliatione. O quanta hæc mihi prærogativa, quòd liceat aspirare mihi ad similitudinem Dei! nemo disceptabit mecum de prætensionibus ambitionis hujus sanctæ; possi-

Isa. 14. v. 14.

Licet nobis aspirare ad similitudinem Dei in statu, quem ipsemet amplexus est.

deo in me ipso omnem illuc aspirandi materiam; Deus mihi offert quotidie omnia illuc pertingendi media; & quando hanc ambulo viam, meæ invenio pacem animæ: & quantò magis sincero animo & absque dolo in meum descendero nihilum, plus invenio hîc pacis, magisque me consolatum. Ah! invenio hîc amabilem meum Jesum totum annihilatum, qui porrigit mihi brachia, mihi-que congratulatur de felicitate, quæ similem aliquantisper me reddat ipsi in despiciatibus, opprobriis & annihilationibus suis; & ego dico ipsi cum S. Bernardo:

Tantò mihi charior, quantò pro me vilior es ô mi Jesu.

Verùm summâ perfundor delectatione, dum audio, ipsum eadem mihi remittere verba; & tu Christiane: *Tantò mihi es charior, quantò pro me vilior.*

Modò perpendo mecum justitiam, quam Deus Pater exhibuit ac reddidit ipsi, dum, quantum is humiliavit se, tantum ille exaltavit ipsum ad supremum culmen honoris & gloriæ, còusque, ut ad simplicem Nominis sui pronuntiationem, omne genu flectatur ad adorandum ipsum in cælo & in inferno. Et videtur mihi omnes homines, & præsertim Christianos, absque intermissione adniti debere, ut eandem ipsi reddant justitiam,

3. Bern.

Quanto magis se Jesus Christus humiliavit, tantò Deus Pater ipsum magis exaltavit.

& in

Christiani ad-
huc afficiunt
Jesum Chri-
stum iisdem
injuris, qui-
bus affectus
est in Passione
sua.

& in omni occasione studeant exhibere ipsi reparationem honoris, pro tantis ignominis, quibus exhibere immeritis se amore nostri voluntarie. Quis diffitebitur hanc nostram esse obligationem?

Et nihilominus dolens video, non sine lethali rædio, quod Christianorum plurimi, imitantes insolentiam & perfidiam Judaici populi, iisdem proscindere pergant ipsum, & ratione aliquâ majoribus despiciantibus, quam omnibus iis, quos perpeffus est tempore Passionis suæ. Judæus contempfit ipsum, videns ipsum suffixum Crucis; & tu Christiane, contemnis illum, haud ignarus, regnare ipsum in gloria ad dexteram Dei Patris sui. Tu quæris, in quo contemnas ipsum; vide, an unicam solam, tempore Passionis suæ ipse toleraverit ignominiam, quam hodie non inferas ipsi. Unus Apostolorum negavit ipsum tertio; & quanti Christiani plûs quàm tercenties ipsum negant? alius vendidit ipsum triginta denariis; & quanti vendunt ipsum multò minoris, ipsòque se privant pro brutali voluptate, detractioe famæ, parvo & iniquo lucro! dictum est illi Ave flexis in terra poplitibus per contemptum; & quanti Christicolæ falsi accedunt Ecclesias sub obtentu adorandi illum, ibique curvatis ad-

sunt genibus, interim animo vagantes, & forsàn oculis impudicos aucupantes aspectus, quasi eo venirent illuc nomine, ut afficerent ipsum injuriâ, etiam in templo, in domo sua.

Postpositus est Barabbæ, & quot Christiani mali postponunt ipsum infami creaturæ, quam magis amant ipso? & quod horrendum est dictu, quot ipsimet postponunt ipsum diabolo, cui fervire malunt quàm ipsi? Ipse spretus & illusus fuit à toto Herodis exercitu; & nonnè videmus innumeram Libertinorum multitudinem, quibus ludibrio est devotio, quique sannis excipiunt sanctissima Religionis mysteria? Ipse reus judicatus est mortis, in cunctis, quibus oblatu est, tribunalibus; & Judæi sustinuerunt, habere se legem, per quam debeat mori, eòquòd sese fecerit Filium Dei. Et nonnè tractatur ita quotidie à cunctis hominibus? ipse suam perdit causam in omnibus conventibus mundanorum.

Mundus habet legem, juxta Lex mundi quam Jesus Christus debet antefertur E-ri, proscribi, proscindi vangelio, contemptu maximo. Ipsius lex jubet, ut amentur afflictiones & agatur pœnitentia; illa mundi præcipit, ut amentur voluptates & quærantur oblectamenta. Ipsius lex prohibet, ne bonis terrenis apponatur animus; illa mundi

D d d d d

ordi-

ordinat, ut summo studio inhietur illis. Ipsi lex præscribit modestam decentiam, decentemque modestiam in vestibus; illa mundi vult, ut harum teneatur luxus, stringatur & diligatur vanitas. Ipsi lex invitat ad silentium & solitudinem; illa mundi ad colloquiorum facetias, animi relaxationes. Ipsi lex hortatur ad patientiam, mandatque condonationem injuriarum; illa mundi extimulat ad vindictam & injuriarum ultionem. Unico verbo, ipsi lex præcipit virtutes, & illa mundi cuncta vitia.

Jam interrogo quemlibet ratione præditum, qui videat id, quid agatur in mundo, an non verum sit, quod nunquam non infinitus Christianorum numerus alleget legem mundi, ut se excuset & eximat ab exercitio pietatis. Ecceur non imitaris Jesum Christum in sua humilitate, in sua patientia, in suo silentio, in sua solitudine? quâ ratione, cum vivendum mihi sit in mundo? ecceur non perficis bona opera? ecceur non agis pœnitentiam? ecceur non servas majorem in vestimentis modestiam? vellem id quidem, sed quomodo in mundo? nemo diffiteri potest, quod ita agat, seque habeat Christianorum pars maxima. Sed revera hoc est dicere, quod dicebant olim Judæi tempore patientis Salvatoris: *Nos legem*

Joan. 19.

habemus, & secundum legem debet mori. Nobis lex est in mundo, juxta quam vivere volumus, & juxta quam mori debet spiritus Jesu Christi, & pedibus conteri ipsius Evangelium, & sancta illius effata despiciatu maximo.

Et posthæc dicas, verum non esse, quod sustineat adhuc hodie Jesus Christus eadem opprobria à plerisque Christianis, quæ sustulit in Passione sua à Judæis. Quos tantos reperire est Christianos imaginarios, sicut ipsos appellat Tertullianus, persuadentes sibi, quod Christiani sint, eoque illorum circumferant nomen, cum tamen procul absint, ut navent operam imitationi Jesu Christi, sed potius, quantum possunt, fugiant ipsam! ô quot Christiani sunt, quos nuncupare possem Christiano-Judæos! Christianos, eoque speciem præferant, quod agnoscant Jesum Christum, ipsumque adorent; sed Judæos reipsâ, eoque illudant ipsi & legi ejus, & exemplis, quæ dedit nobis, pergantque non minore proscindere ipsum contemptu, quam proscissus fuerit à Judæis. Quis absque dolore intueri hæc potest?

Domine, dicebam ipsi, plures adhuc reperire est bonas animas, non contemnentes Jesum Christum in contemptu suo. Videamus Spiritum sanctæ Ecclesiæ velle, ut filii sui exhibeant sum-

mos

Multi Christi-
ani efficiunt
à opprobriis Je-
sum Chri-
stum.

Omnes Chri-
stiani repara-
tionem hono-
ris faciunt
Jesu Christo,
die Veneris
sancto.

mos ipsi honores, pro maximis, quas in Passione sua amore nostri sustinuit; ignominis. Et ideo præcipit illis, ut singulis diebus parasceves sese prosternant ad pedes ejus, ut exosculentur illos, ipsūque adorent, sicque mulctam ipsi pendant honorariam publicam & universalem in tota Ecclesia. Nil video movendis animis ita idoneum, si fieret cum spiritu humilitatis, fidei, & compunctionis, sicut fieri deberet, quam videre die illo, quo humiliationes profundissimas sustinuit Filius Dei, universum mundum Christianum ad illius pedes provolutum, ut ipsū venerentur, ipsique exhibeant homagia; omnes Ecclesiasticas potestates à summo Pontifice usque ad Clericum novissimum, omnesque Magistratus sæculares, à Regibus & Imperatoribus usque ad lixam è vulgo minimum.

Quâ ratione
perfici debe-
ret magna
hæc actio.

Omnes Christiani eo die faciunt, quod faciendum illis incumberet omnibus diebus vitæ suæ, honorariam nimirum mulctam humiliationibus Redemptoris sui, debitam. Sed non obiter exhibenda foret & ex consuetudine tantum sancta hæc actio: non igitur portanda ad osculandum Crux foret aut his aut aliis, usque ad subsellia eorum, citra id, quod laborem sibi sumant, faciendi unicum duntaxat gressum ad quærendum JE-

sum Christum, quasi non essent ipsi, qui facerent reparationem honoris, sed ipse foret, qui quæreret illos, ad exhibendum ipsis honorem. Oporteret igitur, ut quilibet de longè adreperet super terram, totus humiliatus & totus confusus, vultumque pudore ac verecundiâ obiectus; & ratio quoque exigeret, ut accederent omnes cum fune in collum implexo.

Novi optimè, pleròsque hanc obire actionem, ex se tam sanctam, tamque excellentem absque ullo devotionis affectu, quin etiam absque ulla consideratione; sed ubi recedunt, non amplius cogitare de ea. Nihilominus plures adhuc reperire est animas bonas, quæ perficiant eam cum spiritu verè Christiano; quæque ipsius sensum impressum retinentes animo, nunquam non illius in particulari continuant exercitium; ita ut nullum præterlabi permittant diem, quin adorent Jesum Christum Cruci affixum, exhibentes ipsi corde optimo sacrificium omnium parvarum humiliationum, quæ sibi poterunt accidere, quasque sibi immittere placuerit ipsi in reparationem honoris omnium magnarum humiliationum, quas perpessus est amore nostri.

Paucos sanè numerare est Christianos, qui impietatis sibi notam
D d d d d 2 velint

Joan. 12.,

Non omnes
Christiani se-
quuntur Chri-
stum eadem
ratione.

velint inuri; dicunt omnes, se-
qui se velle Jesum Christum:
Mundus totus post ipsum abit. Sed
plerique id faciunt ratione ad-
modum diversâ. Aliqui sequun-
tur ipsum ut habeant panem;
plurimi se consecraut pauperi JE-
su Christo, ut ab eo ditentur
beneficiis, proventibus Ecclesia-
sticis. Alii sequuntur ipsum, ut
obtineant honores, sacros pri-
matus, Præfulum gradus, Anti-
stitum dignitates; non pauci, qui
imitari volunt splendidis ipsius
vitam functionibus, docendo,
instruendo, prædicando Evange-
lium magno eloquentiæ appara-
tu, & Apostolicum quemdam de-
monstrando zelum, ita ut de ip-
sis dici possit, quod de illo: nun-
quam locutus est sic homo.
Nonnulli sequuntur ipsum, ut
aucupentur voluptates ac deli-
cias, eòquod audierint, largiri
ipsum animabus devotis miras
omnino & superabundantes con-
solationes, experti sæpius primâ
fronte magnos dolores in exer-
citiis pietatis; hi sequuntur ip-
sum, quamdiu habent sibi blan-
dientem; ubi primùm se paulisper
monstraverit severum, terga ver-
tunt, ipsumque derelinquunt. Hi
omnes velle videntur sequi JE-
sum Christum, sed profectò non
quærunť ipsum, sed seipsos.

Reperire adhuc est alios, qui
sequuntur & verè quærant ip-
sum, qui imitari velint vitam

ejus, quancocunque sibi steterit Quâ ratione
labore, quibusvis impensis. Non-
nulli, qui vident ipsum solitari-
um, orantem ac totum contem-
plationi rerum divinarum in-
tentum, devovent se maximæ
ac altissimæ solitudini, seque to-
tos impendunt rationi; hi accep-
tissimi sunt ipsi. Aliqui, qui
intuentur ipsum pauperem, u-
niversis mundi rebus exspolia-
tum, capessunt animum sequen-
di in hoc ipsum, facientes pro-
fessionem altissimæ paupertis,
ita ut alium thesaurum habere
nolint in mundo, nisi ipsum so-
lum, & hi adhuc magis placent
ipsi. Alii, dum cernunt ipsum
oneratum plagis, laniatum vir-
gis, perforatum spinis, totumque
absorptum tormentis, hisce ip-
sius cruciatibus extimulati, sanc-
tòque succensî zelo admodum
austeram amplectuntur vitam.
Et hi quoque mirè arident o-
culis ipsius. Verùm aliud quod-
dam adhuc in ipso est vitæ ge-
nus, quod paucissimi vel volunt,
vel adnituntur imitari; & est sta-
tus humiliationum & contemp-
tuum ipsius, qui profectò om-
nium ipsius statuum, mirabilis-
simus est & sublimissimus; sed in
hoc maximè desertus est, paucis-
simosque sui numerat sequaces.
O quàm pauci suam in hoc col-
locant devotionem, ut oppro-
bria Jesu Christi propriis suis ho-
norare velint humiliationibus!

Et hæ

Perfiores
sequuntur ip-
sum in suis
opprobriis.

Omni
foli,
serim
lus g
bant
temp
Jesu

Omnes Apo-
stoli, & præ-
fertim S. Pau-
lus gaude-
bant in con-
temptu pro
Jesu Christo.

Et hæ sunt animæ electæ, ama-
tæ & dilectæ à Domino nostro
super cæteras omnes, quæ ipsum
non derelinquunt nec contem-
nunt in contemptu suo. Unica
sola anima hunc complexa statum,
majorem ipsi impendit gloriam,
quàm plures alia. Nihil magis
ipsius extollit gloriam, quàm vi-
dere Apostolos, qui deseruerant
ipsum in Passione suâ, non nisi
ducti adhuc & docti spiritu suo
naturali, tantâ cupiditate con-
temptuum succensos, postquàm
impleti sunt spiritu sancto, ut
reverterentur gaudentes à con-
spectu Concilii, quia digni fue-
rant pro nomine Jesu contume-
liam pati; sed præcipuè S. Pau-
lum, qui cum primis idèò nun-
cupari meretur magnus Apосто-
lus per antonomasiam. Non ag-
noscebat aliam ipse gloriam,
quàm illam in Cruce Redempto-
ris sui; nunquam non & ubique
se jactans de illatis & jactis in se
opprobriis, injuriis, contumeliis,
habitus & acceptus velut mundi
peripsema, lapidatus, in carce-
rem missus, ter colaphis cæsus
magna cum ignominia. Et ec-
ce vobis gloriam, quâ adornat
seipsum, quàmque incompara-
biliter majoris æstimat, quàm
omnes mundi honores.

O Deus! quàm suave ac ju-
cundum palato animæ est man-
na, contemptus pro Jesu Christo
perpessus, si ipsa vel paululum

perfecti ac veri ipsius possideat Quàm pretio-
sitas sit con-
temptus tole-
ratus pro Deo.
amoris. Sed ad hoc ut pertin-
gatur, maxima sanè amoris re-
quiritur puritas, ad quam acqui-
rendam, necesse est mori amori
suo proprio, qui super omnia
fugit & odit contemptum. Om-
nes propemodùm homines re-
fert sunt amore proprio; unde
& videtur, ipsos cunctis viribus
fugere & odisse contemptum.
Magnum profectum fecisse quis
creditur, si patienter acceptet &
sufferat ipsum. Verùm si eous-
que pertingat anima, ut ipsum
amet, & in eo suas inveniat de-
licias, affirmare potest, phœni-
cem hanc esse inter animas de-
votas. Eheu! digni non sumus
contemptu, nimium sublimis est
pro nobis, nec ipsius meremur
agnoscere valorem; est res nimis
quàm pretiosa; unicus duntaxat
contemptus atomus majoris est,
ingenti monte bonorum ope-
rum: siquidem in his amor prop-
rius invenit sapius, unde se alat;
sed in contemptu nihil prorsus
est pro ipso.

Ah! exsolvamus saltem hoc
homagii ignominiam Jesu Chri-
sti; multam hanc honorariam
pendamus ipsi, humiliemus nos
profundissimè coram ipso velut
reos, portantes è collo funem,
& funale in pugno. Adoranda
Majestas Jesu, ecce prostratos
nos ante thronum ignominia-
rum tuarum, ubi tuas adoramus
D d d d d 3 magni-

Multa hono-
raria Jesu Chri-
sto exhiben-
da.

magnificentias, & sincero agnoscimus corde, reos nos esse, ac dignos, qui omnibus obruamur injuriis, omnia toleremus opprobria, quæ ex tuæ abundantia pietatis in Persona tua voluisti tolerare.

Nos velut scelerati habendi sumus, nam fumus reipsâ; nos ignominiosè rapiendi per plateas cum fune ad collum, colaphizandi à servis, conspuendi in facie, postponendi flagitiosissimis, excipiendi flagris, illudendi sarcasmis, contemnendi & exponendi velut fabula populis: nos demum judicandi & ad supremum condemnandi sumus supplicium; nos enim id promeruimus, quin & insuper digni fu-

mus, ut sustineamus in æternum cuncta tormenta, cuncta opprobria inferni.

O adorandissime JESU! O verè infinitæ Majestatis Deus; quid toleras, non tuum est, sed nostrum est: relinque nobis partem nostram & fume tuam; nobis solis omnis contemptus & omnis humiliatio, tibi soli debetur omnis honor, omnis laus, & omnis gloria: nostram nunquam aucupabimur inanem gloriam, sed tua unicè nobis cordi erit vera gloria. Incipiemus modò in terris, quod prosequi desideramus in cælis, te glorificare, te benedicere, tuas cantare laudes in æternum. *Et laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.*

ARGUMENTUM.

Excessus dolorum, quos JESUS Christus pro nobis sustinuit in Passione sua.

ARTICULUS III.

CRederetis, fratres mei, refert hîc Spiridion, quòd nil dici aut cogitari possit stupendum magis, quàm summus humiliationum JESU Christi excessus, quam nostræ opposuit excessui arrogantæ. Sed alium adhuc videbitis excessum horribilium dolorum ac cruciatuum, quos toleravit pro excessu illicitarum nostrarum voluptatum, quem invenietis forsan magis

stupendum: saltem conciliabit vobis plus horrore, eòquòd magis pateat & illucescat oculis.

Sustinuit ipse duo dolorum genera in Passione suâ; alios spirituales, & corporales alios, Optime novi, atrociores fuisse spirituales, eòquòd pertineant ad partem sui ipsius magis robustam, magisque idoneam ad portandum onus tormentorum; sed quoniam hi nostrum excedunt

JESUS Christus toleravit in Passione duplicis generis pœnas, spirituales & corporales.

Corpu
Christi
rebat à
in trib

dunt captum, utpote qui toti materiales sumus, insistere magis volo corporalibus, qui licet minores sint, magis tamen sunt manifesti. Sed ex minoribus his concludere bene possumus, quanti sint alii longe minores.

Qui comprehendere vult aliquid ex magnitudine pœnarum corporalium, quas Omnipotens hic mundi Redemptor pertulit in Passione sua; supponere debet, adorandum ipsius corpus magis idoneum fuisse ad sufferendos excessivos hos dolores, quam cœtera corpora humana. Ob triplicem rationem.

Corpus Jesu Christi differabat à nostris in tribus.

Prima est, quòd licet ipse assumpserit humanam carnem ejusdem naturæ cum nostra, hæc tamen non fuerit ex integro ejusdem conditionis: siquidem nos nos habemus carnem totam depravatam & denudatam, totam terrestrem & velut stupidam ex peccato Proto parentis nostri. Sed adoranda ipsius caro possidebat eundem perfectionis statum, in quo posita fuerat à Deo ante peccatum, adeoque constitutionis erat magis accuratæ ac subtilis, facultates habebat magis puras, magisque robustas, quibus reddebatur idonea ad perfectiorem exercendam sensationem.

Pro secunda ratione dico, quòd sanctissima ipsius Humanitas non fuerit opus naturæ, sed opus supernaturale Omnipotentis

Dei, formata in momento per operationem Spiritus sancti, in Virginali utero divinæ Matris suæ. Jam universalis est regula, quòd effectus miraculosi semper longe perfectiores sint naturalibus, eò quòd magis immediate procedant ab Omnipotenti manu Dei. Sic vinum productum per miraculum in nuptiis Canæ melius inventum est omni vino alio, juxta observationem S. Chrysostomi.

Vide D. Thom. 3. p. 46.

Sed tertia ratio rem magis deducit. Siquidem considerandum est, quòd Corpus Salvatoris non aspiciendum sit velut corpus particularis cujusdam hominis. Jesus Christus erat homo generalis & universalis totius naturæ humanæ, eò quòd fuerit fidejussor & Vates universalis omnium hominum, & sanctissima ipsius Humanitas destinata erat, ut ipsa sola solveret & exhiberet justitiæ Dei plenam, integram & rigorosam satisfactionem, quam exigere pro peccatis cunctorum hominum poterat illa. Et ideo sanctus Paulus dicit, quòd mortuus sit pro omnibus, id est, quòd loco omnium & pro salute omnium; & ideo etiam necesse fuit personaliter uniri ipsam Divinitati, ut à supposito divino, quod Omnipotens est, sustentaretur. Verùm sustentaculum hoc, & fulcrum non serviebat illi, ad imminuendum suos dolores, vel ad exi-

Corpus Jesu Christi erat velut corpus universale totius naturæ humanæ.

ad eximendum ipsam à patiendo; sed potius reddebat ipsam idoneam ad patiendum cum tanto excessu, ut transcendat omne, quod cogitari potest.

Non iudicandum est de doloribus Jesu Christi secundum externam apparentiam.

Qui non iudicarent de rebus, nisi ex simplici apparentiâ, crederent plures Martyres sustinuisse multò plura Jesu Christo, aliquem sanctum Laurentium candentibus prunis adustum, aliquem sanctum Bartholomæum vivum omninò exoriatum, tantòsque alios, quorum tormenta tam diuturna, tamque atrocia erant, ut cogitari non possint absque horrore. Sed reverà cuncta Martyrum in particulari supplicia non fuerant nisi guttæ, quarum congregatio ingens composuit mare cruciatuum Salvatoris omnium Martyrum; Ita loquitur de eo sanctus Augustinus: *Multi Martyres talia passi sunt, sed nihil elucet sicut caput Martyrum.* Ratio est, quòd Jesus Christus non fuerit passus, velut homo quidam particularis, sed velut homo universalis omnium hominum, si ita loqui licet, quòdque ipse solus in sua persona recipere debuerit omnes pœnas, quas promeruerant omnes ac singuli in particulari.

S. Augustinus in Psal. 63.

Quid inquis, mi Pater, interpellat ipsum Ecclesiasticus? hoc videtur mihi impossibile: is enim non nisi unum habuerat corpus, in quo pati poterat; dein

non poterat pati nisi certam dolorum mensuram, juxta suarum mensuram virium; adhuc non nisi unicâ mori poterat morte; & hæc omnia eò pertingere non possunt, uti affirmas. Verùm tu loqueris juxta ordinarium & usitatum cursum naturæ, respondit ipsi Spiridion; & ego loquor penes decreta divinæ justitiæ, & juxta munus, quod exercebat, Redemptoris universalis omnium peccatorum. Siquidem justitia Dei exigebat ab ipso magnitudinem pœnarum, quæ velut infinitâ ratione transcendenter vires naturæ humanæ, hinc opus erat, ut suppeditaret ipsi media solvendi has sibi, adeoque redderet ipsum idoneum ad patiendum plura, quàm posset quivis alius; & ut hanc illi conferret capacitatem, necesse fuit, ut augeter in ipso per miraculum potentiam passivam, quantum opus erat, ut esset in statu patendi tantum, quantum debebat.

Exploratum tibi est, nos omnes naturaliter habere potentiam quamdam activam, & potentiam quamdam passivam, sive facultatem agendi, & facultatem patiendi. Sed augere vel minuere utramque Deus potest, quantum voluerit. Quando destinaverat Samsonem, ut solus ipse vinceret totum exercitum Philistinorum, rectè judicatis, opus fuisse, ut augeter in ipso potentiam acti-

Deus augere potest potentiam activam & passivam corporum, quantum voluerit.

activam per miraculum; & eousque augere ipsam poterat, ut sat robustus is fuerit, qui transcenderet solus residuos simul homines. Quis dicere audeat, hoc impossibile fuisse Deo? Pari omnino ratione augere potest potentiam passivam alicujus corporis humani, eousque, ut reddat ipsum idoneum, ut tantum id solum patiat, quantum pati posset tota legio aliorum: sicut creditur, facturum ipsum esse in judicio finali, ubi animæ, quæ pati adhuc deberent longo tempore in purgatorio, patientur tantum in una sola, quantum passæ fuissent pluribus annis, eod quod Deus aucturus sit illis potentiam passivam, & geminaturus juxta proportionem ipsarum pœnas, quoad solverint sua ex integro debita, cessare tunc faciens purgatorium, ut non nisi duas magnas relinquat æternitates, felicem ac infelicem, beatam & calamitosam.

Jam si Deus augere potest potentiam passivam in homine, eousque, ut reddat ipsum capacem, ad patiendum tantum, quantum centeni, quantum milleni, quantum centies milleni, & quantum denique omnes simul homines: fateberis utique mihi, hoc impossibile non esse Deo in Homine Deo.

Affentior quidem, reponit Ecclesiasticus, Deum efficere id

posse, cum sit Omnipotens; sed Deus auxit an reipsâ fecit? an dicere voles, quod Deus auxerit potentiam passivam in Jesu Christo eousque, ut tantum sufferret ipse solus, quantum sufferre debebant omnes simul peccatores? hæc propositio, si penitus consideretur, terribilis est, nec est in mundo animus, cui non incutiat horrorem, quemque non rapiat extra seipsum.

Verum est, reposuit Spiridion, hæc omnia nimiam videri nobis exaggerationem; sed id non oritur, nisi ex parvitate mentium nostrarum, quæ non nisi sunt culices respectu magnificentiarum Dei. O quam timendum non est, exaggerare nos posse, aut dicere quidquam ultra id, quod est in veritate, quando loquimur de magnificentis Dei, quando fit sermo de ipsius bonitate, de ipsius misericordia, de ipsius justitia, de ipsius patientia, de odio, quo fertur in peccatum, de desiderio nostræ salutis, de eo, quod sustinuit, ad reparandum injuriam Dei, & salvandum animas nostras! hæc omnia transcendent id omne, quod cogitare de his possumus.

Quando video, quâ ratione Scriptura de hoc loquatur: *Plaga crudeli percussit eum*, verbum hoc horrendum mihi videtur. Crudelitas est vitium tyranni, committentis excessum in severitate:

Eeeee

& Deus

& Deus an capax est vitii? procul dubio, non; sed voluit enuntiatione hâc rei impossibilis, ostendere nobis quandam rei cuiusdam incomprehensibilis idæam, quòd nimirum dolores, quibus unigenitum suum in Passione sua percussit Filium, transcendant omnem captum & cogitationem hominum.

Horrore æquè ac tu percellor, dum mecum revolve, JESUM Christum solum omnia sustinuisse tormenta, quæ cunctis simul erant debita peccatoribus; sed intueor, quòd sanctus Thomas, qui tam benè de ipso scripsit, ut meruerit illius approbationem, eadem ferè loquatur ratione. Si quidem loquens de doloribus Passionis Salvatoris nostri dicit:

S. Thomas probat magnitudinem dolorum JESU Christi. D. Th. 3. p. q. 46. art. 6. ad 6.

Non solum attendit, quantum virtutem dolor ejus haberet ex Divinitate unita, sed etiam, quantum dolor ejus sufficeret secundum naturam humanam ad tantam satisfactionem. Affirmat, quòd Filius Dei redimere volens omnes peccatores mundi secundum rigorem justitiæ, non attendit solum ad dignitatem, quam corporis sui dolores recipiebant à personali unione cum Divinitate (sic enim sufficiens fuisset illorum minimus, utpote dignitatis infinitæ) sed quòd accumulare voluerit sanctam hanc Humanitatem tot tantisque pœnis, quantæ requirebantur ad satisfaciendum plenè justitiæ DEI

pro criminibus omnium peccatorum.

Hoc intelligitur, interpellat ipsum Ecclesiasticus, quantum humano modo sufferre poterat; non, respondit Spiridion. Pondera benè hoc sancti Thomæ verbum: *secundum humanam naturam.* Hoc non solum intelligitur secundum vires naturales Humanitatis sanctæ Domini nostri: siquidem Scriptura sancta non diceret, quòd ipse solverit

pœnas inferni: *solutis doloribus inferni*; & sancti Patres non affirmarent, quòd dolores Salva-

Christus sustinuit plura, quam sustinere potuerit humano modo.

toris mundi in Passione sua, comparari possint cruciatibus inferni, non in qualitate suâ, sed in sua magnitudine; & ipsemet aspiciendo illos solummodò in horto olivarum, non ita fuisset exterrfactus, quamvis fuerit Sanctus Sanctorum, generosissimus & constantissimus, immò ipsemet Deus, ut ex iis sudaverit aquam & sanguinem per totum corpus suum, & contristatus ex iis fuerit usque ad mortem. Hoc benè demonstrat, quòd non solum tolerandum id illi fuerit, quantum humano modo sufferre poterat, quòdque pœnæ ipsius aliæ omnino fuerint, quam possimus nos cogitare.

Sed quando sanctus Thomas dicit, *secundum humanam naturam*, hoc significat, secundum singulos homines. Ecce tibi hominem,

JESUS CHRISTUS
suscepit in se
pœnas cujus-
libet Personæ
in particulari.

nem, qui tantas meretur pœnas, juxta magnitudinem criminum suorum; satisfaciam pro ipso, dicit JESUS CHRISTUS, quia sum Redemptor ipsius. Ecce tibi eorum alterum, qui tantas illarum debet justitiæ Dei; volo etiam sufferre illas. Et ecce tertium & quartum, & decimum qui sufferre merentur tantas, accipio & illas in me, ut ab iis liberem eos. Sed ecce tibi centesimum, & centesimum millesimum; onero me peccatis eorum, & illorum sufferre volo pœnam. Sed ecce meipsum tibi Domine totum oneratum, criminibus, & omnium peccatorum maximum: an tolerabis adhuc omnes, quas tam justè promerui, pœnas? Ita, accipio hæc omnia in me; siquidem pati volo pro omnibus, mori volo pro omnibus: *Et pro omnibus mortuus est Christus.* O Deus! hoc dicitur quidem & est veritas, sed non comprehenditur. Si quisquam mente seriâ hanc consideraret veritatem, quid fieret cum illo?

Hoc posito, judicatis optimè, omnia hæc, quæ dicuntur de doloribus patientis JESU CHRISTI, esse propemodùm nihil, si comparentur cum iis, quæ reipsâ sustinuit: *Arenam maris, & pluvia guttas, & dies sæculi quis dinumerabit!* numera mihi, dicit Spiritus sanctus in Scriptura, omnia arena grana, quæ sunt ad ripas maris,

ad litora cunctorum æquorum, hoc est impossibile. Numera ergò mihi omnes aquarum guttas, quæ delapsæ sunt è cœlo in terram, à mundi creatione; non possem, excedit id omne genus numeri: numera mihi ergò, si potes, omnia momenta sæculorum, & omnia instantia temporum; id conficere non possum, sunt enim innumerabilia; nihilominus citius hæc omnia conficeres, quàm numerares speciatim omnes dolores patientis Salvatoris tui; siquidem sigillatim recenserent omnes pœnæ, quas omnes meruerant peccatores pro omnibus peccatis suis, & pro quolibet peccatorum suorum in particulari.

Jeremias putavit, se exhibere nobis bonam Passionis Domini idæam, quando nuncupavit illam mare amaritudinis: *Magne Thren. 2. 13. sicut mare contritio tua.* Et sanè illius est tenuis quædam effigies. Mare est imago amaritudinis Passionis JESU CHRISTI. Omnes simul homines digerere non possent amaritudinem omnium aquarum maris; & JESUS CHRISTUS potavit illam prorsus integram. Nunquam aliquis hominum totam aspexit extensionem & amplitudinem maris, cum ipsius limites oculis humanis sint inaccessibleibus; & nunquam animæ plurimum illustratæ & insigniter contemplativæ omnem cognoverunt magnitudinem, dolorumque immensitatem patientis

Eeeee 2,

tientis

tientis JESU Christi : ipse solus cognoscit eam, utpote totam à se portatam in Persona sua. Quando conspici etiam potuisset tota superficies maris, nunquam tamen aliquis homo videre potest omnem abyssum, quas in sinu tuo abscondit, profunditatem. Et quando cognosce potuisset totum id, quod externum est in Passione JESU Christi, nunquam tamen penetrare quisquam potuerit in abyssos amaritudinis animæ ipsius: non nisi oculis Dei licet contemplari illas: *Qui intueris abyssos.* Immittamus nos, anima mea, & submergamus nos in magno hoc mari. Felix, si tota hîc fueris absorpta, nec amplius tibi indè licuerit exire! O profunditatem Passionis Redemptoris mei! cùm capere te non possim, tu cape me.

D. Thom.
q. 46.

Sanctus Thomas redigere voluit in parvam epitomen dolores magnæ hujus Passionis, quos quidem non comprehendit omnes (siquidem hoc foret, quasi quis in quinque vel sex lineis proponeret universa capita magni cujusdam voluminis? quæ tamen admodum stupenda est, & copiosa suggerit considerationis argumenta. Siquidem explanat ipsam juxta methodum suam scholasticam per quatuor causas; efficientem, finalem, materialem & formalem. Et dicit: si consideres.

Primò, causam efficientem ^{JESUS CHRISTUS} Passionis Salvatoris, videbis ipsum passum fuisse ab omnibus ^{cunctis hominibus, nullo excepto,} ferè creaturis: cælum & terra contribuerunt ad ipsum torquendum. Cælum monstravit se totum ex ære fulum, ipsique suarum subtrahens dulcorem consolationum, traxit amaram hanc ex ore ipsius querimoniam: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Terra videbatur tota rebellis in ipsum: Gentiles & Judæi suas laverunt manus in sanguine ipsius; cruciatus fuit & afflictus à Sacerdotibus, à Pontificibus, à Phariseis, à servis, à populo, & quod toleratu magis est horrendum, ab Apostolis suis; sed dicamus magis universaliter; nec unicus fuit ex omnibus hominibus ab Adam usque ad novissimum, qui nascetur in mundo, à quo perpessus non fuerit dolores lethales, eòquod omnia ipsorum peccata fuerint carnifices, à quibus est actus in Crucem. Nos omnes cruentæ hujus tragediæ extitimus actores, & nec unicus ex nobis lavando manus suas, dicere potest: ego innocens sum à sanguine justii hujus. O vix mihi! vix criminibus meis, quæ tam sævis doloribus excruciarunt Redemptorem meum!

Secundò, si consideres, quæ ^{Christus passus est in omnibus tribus bonorum generibus,} fuerit causa materialis Passionis ipsius, videbis ipsum passum fuisse in omnibus tribus bonorum

ge-

generibus, corporis, animæ & fortunæ. Eheu! ex omnibus fortunæ bonis non habuit nisi vilia vestimenta, exspoliatus est illis, divisa sunt & per lusum missa in sortem, quis haberet è carnificibus ad radicem Crucis; & ut magis adhuc denudaretur, exutus est quoque non modicâ parte pellis suæ. Quantum ad bona animæ, quæ sunt gaudium & honor, jam vidistis, quâ ratione ipsum suo exspoliaverint honore, immergentes eam profundissimo opprobriorum & ignominiarum barathro; & Evangelium recenset nobis, quòd omne ipsius gaudium immutatum sit in tristitiam adedò amaram, ut redactus ab ea fuerit usque in agoniam.

Jesus Christus passus est in corpore suo,

Et tandem, quoad bona corporis. Quænam pars sacratissimi ipsius corporis immunis fuit à tormento suo? an caput? sed hoc totum perforatum fuit spinis. An os? sed repletum hoc fuit amaritudine fellis. An ipsius aures, sed percussæ sunt hæ blasphemis, maledictionibus & insultibus inimicorum suorum. An ipsius oculi? sed cruciati hi sunt martyrio, quo torquebatur ad pedem Crucis amantissima Mater sua. An saltem fuerunt ipsius pedes, ipsiusque manus? sed sævissimè à clavis hæ sunt transfixæ. An tandem ergò aliqua pars totius ipsius pretiosi corporis?

sed dilaniatum fuit ex toto incru- deli & cruenta flagellatione sua. Eheu! si non sustinisset nisi hunc unicum dolorem, tam immanis is est, ut requireret plures lacrymas ad ipsum deplorandum, quàm verba ad ipsum recensendum.

Pilatus præcipiens, ut flagella- retur, non habuit intentionem ipsum persequendi, uti observat sanctus Augustinus; sed inquirens modum, ut servaret ipsi vitam, emollire volebat cor rebel- lis & obdurati hujus populi, ad mortem postulantis ipsum; & ut flecteret ipsos, jussit ita tractari ipsum, ut obstinatissimi & immitissimi quique aspicientes eum tangerentur commiseratione, & postulare cessarent, ut a- geretur in crucem: carnifices solerter suas egerunt partes; sed quod quærebat, non obtinebat Pilatus. Usitata illis erant tria flagellationum genera; sed prohibitum erat non nisi unum ex iis infligere reo, neque permitte- bat lex, ut plures infligerentur ipsi ictus, nisi ad summum qua- draginta. Sed nulla nec men- sura, nec lex observata fuit circa amabilem Redemptorem no- strum; omnia devolvuntur ad excessum, & cuncta sunt hîc abs- que limitibus.

Sanctus Vincentius Ferrerius, qui sanctâ curiositate inquirere studuit omnes veritates magis

Eeeee 3

spe-

Cur Pilatus flagellari jussit Jesum Christum.

Stupenda et
delitas flagel-
lariouis JESU
Christi.

Sermon, de
Passione.

speciales, circa Passionem JESU Christi, recenset ex Eusebio & sancto Chrysostomo, cui sanctus Apostolus Paulus dictasse creditur omnia, quæ scripsit, quòd JESUS CHRISTUS flagellatus fuerit tertiâ vice, & tribus flagellatorum generibus. Prima flagellatio fuit crudelis, secunda crudelior, tertiâ omnem excedit crudelitatem: dura fuit, quia chordis nodatis; durior fuit, quia virgis & spinis; durissima, quia catenis ferreis Christus fuit cæsus. Prima, quæ flagellavit ipsum chordis nodatis, reddidit corpus ipsius totum nigrum ac lividum: secunda, quæ flagellavit ipsum virgis ac spinis, perforavit eum in mille locis, velut cribrum, imbremq; sanguineum expressit ex ipso: sed tertiâ, quæ summum ipsi conciliavit tormentum, percutiendo illum catenis ferreis, abstrahabat à lumbis carnem ejus, denudans hæc ipsum usque ad ossa; sicut sanctissima Virgo revelavit sanctæ Birgittæ: *Vidi Filium meum verberatum usque ad costas.* Ah Evangelium! cur desuper nil loqueris? nonnisi duo circa hoc enuntias verba, ac cætera omnia abscondis silentio: an igitur metuis, ne sacras paginas commacules tantæ crudelitatis enarratione?

Revelavit Dominus noster sanctæ Gertrudi, quòd recepe-

rit quinquies millenos quadringentos ictus in flagellatione sua. Hoc citò dicitur; sed quàm longum & durum est id sufferre! nonnè abundè hoc satis erat ad extorquendam ipsi animam? dubio procul exspirasset inter ipsorum manus; si non eo fine suam reservasset vitam, ut majora amore nostri sufferret supplicia. Quid est hoc, anima mea? an probe vides, quid accidat in prætorio Pilati? an benè cognoscis illum, quem ita cernis dilaniatum, semi excoriatum, totum sanguine conspersum? an hos inter horrores non nosti ipsum? an ergò hæc tuâ nil interest? an ergò nihili pendas illum, & ille te pendat nihili? Ira, cognosco illum, tu es, ô mi JESU! tu ipse es, ô amabilis mi Redemptor! & amore mei pateris hæc omnia! Ah! quantum amas me! sed an dicere possim, quòd amem te, cum infelix cor meum non sentiat dolores tuos, nec sentiendo illos conteratur præ dolore, potissimum cum illud sit tui causa supplicii.

Venite, animæ Christianæ, quæ diligitis JESUM CHRISTUM, venite & videte, quo apparatu instruxerit ipsum amor vestri. An tantum amatis illum, quantum is amat vos? veni, Virgo sanctissima, veni & vide Filium tuum unigenitum, & attende, quem in statum redegerit ipsum perfidia Judæo-

Consideratio
efficax circa
flagellatio-
nem JESU
Christi.

Dol-
Chri-
suad-
am-
ctio-

Judæorum. Aspicias hunc sanguinem, quem profudit torrentis in morem, quoque totum aspersum est pavementum: an sanguinem hunc agnoscis? estne hic sanguis tuus? estne lac illud, quod e virgineis tuis suxit uberibus? an portasti ipsum in sinu tuo? an aluisti illum tanta cum reverentia, ut acciperetur ita ab infamium carnificum dextera? O afflictissima matrum,

quid dicebas, quid agebas, dum coram aderas cruentæ huic tragœdiæ, illamque propriis tuis spectabas oculis? Ah! quòd non habeam vel paucillum compassionis tuæ! fac me participem dolorum tuorum: *Fac me Virgo, tecum flere.* Immoremur hic, fratres mei, dicit nobis, summissa omninò voce Spiridion, totus exhaustus viribus & languens, loqui amplius non possum.

ARGUMENTUM.

Quos affectus trahere debeamus è doloribus, quos Jesus Christus pertulit pro nobis in Passione sua.

ARTICULUS IV.

Dolores Jesu Christi persuadent nobis amorem afflictionum.

Verum etiam est, inquiebam ipsi, mi Pater, non amplius posthæc opus esse verbis, sed factis. Unicum hoc exemplum Jesu Christi efficacius est ad nos instruendum, nosque convincendum cunctis verbis hominum. Siquidem hunc in finem, uti nobis affirmat Princeps Apostolorum, sustinere voluit tam acerbos dolores amore nostri, ut nobis exemplum monstraret, quid amore sui sufferre debeamus: *Christus passus est pro nobis, relinquens vobis exemplum, ut sequamini vestigia ejus.* Monstravit nobis viam, ut extimularet nos ad sequendum se, & iisdem secum ambulandum passibus.

Quâ fronte audeamus nuncupare nos Christianos, id est, imitatores ejus, si videntes totum ipsius adorandum corpus referunt vulneribus, nihil in nostris perferre velimus corporibus? nonne erubescendum vobis præ pudore, quòd, cum membra nos esse profiteamur Capitis coronati spinis, tam velimus esse molles, ut & minimam fugiamus crucem. Quomodo sperabimus, participes nos futuros fructuum Crucis ipsius, si eam nec tangere velimus, nec quòd ipsa nos tangat? quod signum gerimus, è suis nos esse, nisi tesserais ipsius induamur stolis, portantes semper mortificationem ejus in cordibus nostris? nonne legimus

Qui Crucis non est participes, non erit participes gratiæ.

Galas. 5. mus in sacra pagina, quod ii, qui sunt Jesu Christi, crucifixerint carnem suam cum vitis & concupiscentiis suis. Qui ergo blandiuntur carni suae, qui sensuum aucupantur delicias, fugiunt laborem poenitentiae, qui nolunt crucifigere nec concupiscentias suas, nec vitia sua, non sunt illius.

Maximum anima peccatum est superbia; maximum peccatum corporis impudicitia.

Est nobis corpus & anima, quae ambo inclinationes habent prorsus contrarias Jesu Christo: mens est ambitiosa, & caro est voluptuosa; maximum peccatum mentis est superbia, & maximum peccatum corporis est impudicitia, & saepissime unum non est absque altero. Ad oppugnandum excessum nostrae superbiae voluit Jesus Christus immergi sumis opprobriorum & ignominiarum excessibus; & ad oppugnandum excessum sensuum nostrarum voluptatum obui voluit saevissimorum dolorum excessu in Passione sua. Verum absolute impossibile est perungere ad salutem, nisi renuntiemus vanitatibus mundi, ut sequamur ipsum per viam humilitatis; impossibile quoque est illuc perungere, nisi fugiamus voluptates sensuum, ad sequendum ipsum per viam afflictionum, & portando crucem poenitentiae. Nec dicendum est, inveniri voluptates infontes & innocuas pro Christiano, nisi illas, quas capit, patiendo ad exemplum Jesu Christi.

Sed quanta abominatio, si rapi se sinat usque ad turpissimas concupiscentiae carnalis immoderationes, quae pudore suffundunt non solum infideles, sed diabolos ipsos, cum verum sit, juxta sententiam quorundam Patrum, quod praecipui infernalium harum turbarum dedignentur tentare homines circa infames has spurcitas, idque muneris abjectissimis inter se relinquunt. Verum est, impudicitiam crimen esse in cunctis hominibus; sed in Christiano species est quaedam sacrilegii. Ex quo novit, quod caro humana Divinitate imbuta sit in Persona Salvatoris mundi; ex quo caro sua consecrata est Deo per unctiones sancti Baptismi, & corporis ipsius mystici evalit membrum; ex quo auspiciata beatur sorte, ut miscere sibi liceat carnem suam & sanguinem suum cum adoranda carne & pretioso sanguine Jesu Christi per sanctam Communionem, quae inestimabilis est gloria, qua digni non fuere sublimissimi caelorum Seraphini: si post haec omnia non abhorret sese immergere spurcitiis turpissimorum peccatorum carnalium; quantum sacrilegium? quanta profanatio! quam turpis apostasia! quam abominanda desertio conditionis suae Christianae!

Quid

Supplicia,
quibus Deus
castigavit
peccatum
carnis.

Quid ipsi dicendum est, ut sui concipiat horrorem criminis? vide, vide, fumantem adhuc incinerationem Sodomæ & Gommorrhæ, aliarumque civitatum, quas Dei vindicta ob suam percussit incontinentiam. Vide reliquias universalis illius diluvii, quod omnes carnales suffocavit homines in funestis illis fluctibus iræ Dei. Aspice torrentes effusi sanguinis, inundationes infinitorum malorum, quibus infame hoc vitium est percussum, conquassatum, attritum per cuncta præterita sæcula ab ultrice manu Dei: & memineris, omnes hosce populos Christianos non fuisse adeoque peccatum illorum non tantæ extitisse malitiæ sicut in te.

Et si his omnibus non moveare, an obsurdesces ad horrendam magni Apostoli sancti Pauli vocem, quæ ubivis terrarum insonuit, quæ perrupit cunctorum tempora sæculorum, ut tuis illaberetur auribus, quæque tantâ fortitudine clamat ad te: Nolite decipi, nihil pro impudicis residuum est salutis: *Nolite errare, neque fornicarii, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores Regnum Dei possidebunt.* Nolite dicere, hanc non esse nisi fragilitatem, nec vanâ decipite vos fiduciâ: siquidem est Verbum Dei, quod manebit in æternum.

1. Cor. 6. v. 9.

3 Paulus affectat omnes impudicos damnari.

Potius Deus cessabit esse Deus, potius Paradisus evadet infernus, & infernus evadet Paradisus, potius diaboli ibunt in cælum occupaturi locum Angelorum, quam intraturus sit unquam ululus impurus in sanctam Civitatem. Hoc prodigium est fidei, contra quod allegare non oportet rationem. Expectandum aliud non est, quàm cremari perpetuò in flammis inferorum, pro unica sola impudicitia, quæ non nisi unico duravit momento, nisi seriâ expietur pœnitentiâ; & miraculum est, si ex maximo impudicorum numero, unicus solus secum statuatur veram operari pœnitentiâ, eòquod toti in bruta degenerent, ipsorumque caro voluptatibus assuetæ nil velit tolerare. Sed cheu! quid tolerandum ipsi erit æternaliter in inferno.

Novi, reponit Spiridion, quod d. Thom. 2. juxta opinionem sancti Thomæ 2. q. 53. art. 6. non sit vitium, quod pervertet rationem, & transformat hominem in bestiam, sicut gula & impudicitia, adeoque quod magis inhabilem ipsum reddat ad recipiendum gratias Dei, quæ totæ spirituales sunt; & consequenter, quod magis directè se opponat mediis conversionis & salutis suæ. Sic plerique eorum, qui indies per centurias præcipitantur in infernum, ut ardeant ibi absque meta, ex impudicorum

Ffffff

sunt

D. Thom.
ibid.

funt contubernio. Novi, sanctum Thomam etiam affirmare, quod infame hoc vitium trahat post se innumera mala plurimum nociva animæ, quam tandem inducat in ultimam salutis desperationem.

Mala, quæ
causat peccatum
carnis in
anima.

Siquidem imprimis obcæcat ipsam, ut amplius non videat nec confusionem suam, nec manifestum damnationis suæ periculum. Secundò rapit ipsam velut bestiam furore ac æstu percitam, ut præcipitanter & inconsideratè currat eò, quò à brutali sua trahitur cupiditate, nulli intenta alteri, nisi ut suæ indulgeat voluptati. Tertio levem illam reddit ac inconstantem, ita ut ullum capere non possit consilium aut animi propositum, aut perseverare in eo suscepto. Quarto reddit illam idololatram sui ipsius, voluptatumque suarum, & amor quo fertur in seipsam, rapit eam sensim & cum tempore usque in odium Dei, utpote prohibentis sibi voluptates brutales, quas amat præ cæteris omnibus. Et tandem, quòd miserix ipsius colophonem imponit, est, quòd in hoc summam suam colloçet voluptatem; quòd respiciat mundum & vitam præsentem suam velut Paradisum, unde nunquam exire vellet; e contra non nisi cum horrore cogitans de vita futura, cum suum velut infernum aspiciat illam.

Nemo est, qui diffiteatur, animam in hoc statu jam esse quasi semi-damnatam, & profectò parum superesse spei salutis ipsius: nihilominus desperandum non est, potest adhuc reverti ad Deum.

Quà ratione id faceret? quid consilii suppeditare velles illi? vellem, respondit mihi, suadere ipsi, ut sæpè & seriò consideret Passionem Jesu Christi, præsertim atrocem ac sævam ipsius flagellationem. Vellem ut haberet ante oculos suos imaginem, quæ ad vivum repræsenteret ipsam, utque aspiciens ipsam viva cum fide veritatis, cujus intueretur imaginem, diceret sibi ipsi: (benè faceret, dicendo id sibi etiam verbis externis & perceptibilibus) Aspice, quàm horrendis tormentis affeceris Redemptorem tuum! Ita, tu ipsa es; ecce opus tuum; ad reparandum injuriam, quam impudicitis tuis intulisti Deo, is patitur hæc omnia. Nondum ergò sat passus est, ad evellendum impudicas è corde tuo concupiscentias?

Si nondum est satis, ipsamet ergò spineas apprehende virgas, & ferreas catenas manibus tuis, & de novo per vulnera magis profunda, magisque sæva ipsius effunde sanguinem. Renova omnes dolores ipsius, de novo avelle circa lumbos pellem ejus; abundantius quàm unquam pretioso

Meditari sæpè
& viva cum
fide flagella-
tionem Jesu
Christi est bo-
num reme-
dium contra
peccatum
carnis.

App
actu
lore
tion
Chr
med
caci

tioso illius sanguine riga pavimentum, modò id faciendo facias satis impudicis delideris cordis tui, esto certa, ipsum fore contentum teq; obtenturam ab ipso veniam. Nam quia vidimus, quòd minus abhorreat tormenta Passionis suæ, quàm peccata hominum, quòdque ingentes pati voluerit dolores flagellationis suæ, ut exstingeret flammam lubricitatis sui diluvis sanguinis; certum est, quòd se magis offensum æstimet ab eo, qui impudicitiam dominari adhuc permittit in anima sua, quàm si iterum afficeret ipsum cunctis cruciatibus Passionis suæ. Deducat hoc in opus, & perseveret aliquamdiu in illo, credo impossibile esse, quin tangatur compunctione, suumque relinquat vitium, quamvis tenacissimo ipsi adhæserit affectu.

Applicare sibi actualiter dolores flagellationis Jesu Christi, est remedium efficacius.

Sed an credis, dicebam ipsi, quòd ita sanari is possit malum corporis solo spiritu? nonne remedium applicandum est parti, quæ ægrotat? assentior quidem, Passionem Jesu Christi efficacem esse medicinam, præsertim crudelem ipsius flagellationem, medicamentum esse efficacissimum, quod præparat nobis contra peccata carnis; verùm quid prodest remedium ad sanandum malum, si non applicetur? non sufficit sola consideratio

mentis, cum mens sola non sit, quæ ægrotat; oportet venire ad imitationem, & applicare suo corpori cruentam flagellationem Jesu Christi, si quis velit, ut sanetur ab ipsa caro impudica: siquidem caro est bestia, quæ non regitur ratione, accipienda igitur sicut bestia est, ac stimulanda ad obediendum percussione flagellorum.

Impossibile est vivere corpus in voluptatibus, quin mortua sit anima Deo: castitas non conservatur inter delicias; ipsa est lilius, quod amat circumdari spinis, quòd nemo videre possit cum libertate, multò minus illuc protendere manum. Omnes Sancti ita usi sunt illa. Legite ipsorum vitam, & videbitis, nec unicum duntaxat fuisse, qui non amputaverit absolute omnes delicias carnis, ut reduceret ipsam ad id, quod purè est necessarium, plerosque hoc non contentos rigidissime accepisse & adhibuisse ipsam. Sanctus Paulus, quamvis fuerit vas electionis, plenus gratiâ, & magnus per antonomasiam Apostolus, nonne ipsemet dicit: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne forte cum aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar.* Si tantus homo credidit, necessarium sibi esse, ut apprehenderet flagellum, arriperet disciplinam, nè à corpore suo raperetur in infernum, quis assecurare se possit,

Ffffff 2

possit, quòd suam poterit promovere salutem, abs eo, quòd unquam illius obeat exercitium, id ipsum redigat in opus.

Habito quodam sermone à sancto Vincentio Ferrerio, magno hoc temporum nostrorum Apostolo, in quo admodum luculenter depinxerat dolores patientis Jesu Christi, omnes tam sancto succensi fuere zelo ac desiderio, veniendi in partem dolorum ipsius, maxime illorum crudelissi-

mæ suæ flagellationis, ut afferri oportuerit ingentem numerum flagellorum, ad distribuendum illa copiosa multitudini talia desiderantium, nec in tanta invenire hæc poterant copiâ, illorum ut copia fieri posset omnibus. Eheu! ubi tempore hoc invenire sit quidquam ejusmodi fervoris? incalsum nos dicimus Christianos, nunquam tales erimus reipsâ; nisi per imitationem dolorum Jesu Christi.

ARGUMENTUM.

Excessus amoris, quem Jesus Christus ostendit nobis in Passione sua.

ARTICULUS V.

Excessus amoris Jesu Christi in Crucem, fuit omnium maximus excessus.

Probè aspexi, fratres mei, re-sumpsit hic Spiridion, haud leviter commotos vos esse considerando ingentes hos duos excessus opprobriorum ac dolorum, quos Jesus Christus tolerare voluit in Passione sua, ut opponeret hos duobus aliis excessibus, superbiæ animorum nostrorum, & voluptatum nostrorum corporum. Sed quid hæc sint respectu tertii & summi excessus, quem ostendit nobis in Crucem sua, qui est ille incomparabilis sui amoris. Duo alii excessus, quamvis fuerint maximi, non tamen exspoliaverunt ipsum vitam; sed hic animam ipsi tollit, vitam ipsius exhauriet &

sanguinem, hic mactabit & sacrificabit ipsam. Ita, amoris hic excessus est benignissimi Dei erga creaturam suam, qui fortior est Omnipotente, & triumphat de Deo ipso. *O amoris vim! quid violentius? de Deo triumphat amor.*

Aspicite expirantem ipsum in Cruce; amor est, fratres mei, ita amor est, quo fertur in nos; hic sustulit ipsum in Crucem, hunc in statum adduxit is ipsum: cui enim alteri, quàm ipsi soli attribunenda sit mors ipsius & omnia Passionis suæ tormenta?

Vos estis milites Romani, qui egistis ipsum in Crucem; vos estis carnifices, qui vestras lavistis manus in sanguine ipsius.

Ah!

Non sunt car-
nifices,

Ah! barbari, an igitur vos estis deicidæ? Respondebunt tibi: nos non sumus, qui condemnavimus ipsum ad mortem; Pilatus judicavit, Pilatus condemnavit ipsum; nos aliud non fecimus, nisi quod sumus executi sententiam judicis.

Non est Pila-
tus,

Pilate, infelix Judex, ut quid tam iniquam pronuntias sententiam in Filium Dei; cum probè cognoveris, & palam evulgaveris, quod non invenias causam in eo, quod innocentem reperias ipsum? tu igitur mortis ipsius causa es, cum condemnaveris ipsum ad mortem Crucis? sed ego nolebam, diceret is vobis: Judæi tradiderunt mihi eum velut reum, videbam quidem, quod talis non esset; sed ipsi coegerunt me importunis suis clamoribus, ut traderem illum voluntati eorum; & tantò magis, quod minas intentarent mihi potentia Cæsaris. Benè adverti, malè me facere, sed de eo lavi manus meas coram omnibus; & illi semetipsos onerârunt sanguine illius: sanguis ejus super nos, & super filios nostros.

Non est po-
pulus Judai-
cus.

Itane Judæi, olim popule electè Dei? Ah! popule ingratus & infidelis, quo perciti vestro consignare voluistis morti auctorem vitæ. Quis vobis tam acres addidit stimulos ad urgendum hunc judicem, ut ageret in Crucem illum, qui tot ac-

tantis accumulaverat vos beneficiis? nos non sumus, diceret vobis populus Judaicus, nos nec minima unquam pulsaverat de hoc cogitatio, sed potius reverebamur ipsum, aspicientes mira ipsius prodigia, turmatim, quocumque se conferebat, sequebamur eum, auscultantes cum gaudio mirificas ipsius Conciones. Sed nostri Doctores legis, Sacerdotes, Pontifices nostri, & ipsemet Caiphas dixerunt nobis, quod expediat hominem talem mori pro populo, ne Judæorum tota gens pereat; nos credidimus, & ipsi sunt, qui urserunt nos, ut ipsius postularem mortem.

Ergò vos estis, quibus impu-
tatur hoc malum, Principes po-
puli, Doctores legis, Pharisei,
Presbyteri, Pontifices: ergò au-
ctores vos estis mortis Salvato-
ris mundi? vos primos esse o-
portuerat, qui reciperetis illum
velut verum Messiam; primos,
qui vestra impenderetis ipsi ho-
magia, adhortantes exin popu-
lum, ut agnoscerent ipsum ceu
verum Israël Redemptorem,
vestris promissum Patribus: &
vos infelices, vestris obcæcati
Passionibus, addixistis ipsum
morti velut sceleratum, & mor-
ti probrosæ Crucis. Nos, re-
sponderent vobis, quid magni
commisimus mali? nos aliud
non egimus, nisi quod executi
sumus

FFFFF 3

sumus

simus decreta & consilia Patris sui æterni; siquidem legimus in Prophetis, quod destinaverit ipsum velut agnum ad sacrificium: *Tanquam agnus ad occisionem ductus est.* Mors ipsius statuta fuit ab æternis decretis Dei.

Non est Pater æternus.

Itane ergo, Pater æterne? Tu primus es auctor mortis ipsius? Tu fons es & principium vitæ ipsius divinæ in æternitate; Tu genuisti ipsum è substantia tua in sinu tuo: Tu igitur similiter es, qui ipsum tradis morti in monte Calvarie. Ego quidem sum, qui morti trado ipsum, diceret nobis Pater cœlestis, sed motivum ad hoc non desumo ex me; peccata sunt hominum, quæ è meis avulsere manibus decretum hoc justitiæ infinito modo severæ, quam in proprium meum exerceo Filium: *propter scelus populi mei percussisti eum.* Quis ignorat, ipsum mortuum esse ob peccata hominum?

Isai. 53. v. 8.

Non sunt peccata hominum.

O peccata mea, execranda peccata! ergo tandem vos estis prima & præcipua causa mortis Redemptoris mei? vix vobis, peccata abominanda! maledicta, quæ vos commisi hora. O quod habere non possim in corde meo lethale odium erga hosce carnifices, adorandi Salvatoris mei occisores! quis dabit oculis meis fontem lacrymarum, ut plorem die ac nocte; & præ dolore moriar, quod dederim

vitam his monstros, quæ causa extiterit mortis meæ?

Sed peccata hominum excusabunt se etiam, & dicent: nos causa non sumus mortis ipsius: haud enim necesse fuit ipsum mori, ut nostris medium afferret malis, poterat id agere, abs eo, quod moreretur; & positò etiam, quod debuisset mori, opus haud erat, ut occumberet morte tam probrosâ, tam infami; nos causa non extitimus omnium horum excessuum. Ah! quis igitur? inquiri ubivis hanc causam; non sunt carnifices, quamvis hi egerint ipsum in Crucem; non est Pilatus, non est populus Judaicus, non sunt Pontifices, non est Pater æternus, non sunt tandem peccata hominum. Et quis est ergo? est amor, responderent tibi omnes, quo abreptus est in omnes hos excessus; est amor, qui ipsum velut cœcum sine ulla consideratione, sic egit præcipitem; est amor, qui in toto ipsius corpore immanem hanc confecit stragem.

Ita, ita, dicit amor facer, ego ipse sum, aliam proinde hujus non inquire causam. Cumprimis ego sum auctor, architectus & executor horum omnium: *propter nimiam charitatem suam, quæ dilexit nos.* Amor divine, tu ergo ipse es, qui redegisti illum in statum adeo miserandum. O amor magni Dei viventis erga pau-

Ephes. 2.

Amore excessivo nos ^{Jesus} amavit, qui causavit omnes excessus passionis suae.

Quam scelesti simus, nisi amemus Jesum Christum,

pauperculos homines, quam es immodicus, profusus & effusus! quam es ardens & succensus! sed quam savus es & acerbus! Ah! quam bene dicitur: O amor! quam es cœcus! quid fecisti? an ita accipiendus fuerat Deus immortalis pro bono tam vilium creaturarum? nonne melius fuisset omnes annihilari creaturas, quam pati Deum harum pœnarum levissimam?

Id novi, respondit mihi amor; sed ostendere volui hominibus, quam ardentem ipsos amem, ipsisque id demonstrare tam luculenter, ut nemini liceret de hoc dubitare; & per hoc obstringere tam fortiter ipsos volui ad me amandum, ut, si ingrati essent, idque intermitterent, perpetuo forent inexcusabiles; & post hæc omnia, quæ feci, post omnia quæ perituli pro eis, obtinere adhuc ab iis non possum ut me ament ex debita gratitudinis affectu. Respondente ad hæc fratres mei, dicebat nobis Spiridion, dejiciens oculos & inclinans caput versum terram: nam, quantum ad me, hærent mihi verba: suffundor pudore, & morior horrore, impotens, qui vel meam animo comprehendam insensibilitatem, vel meam mihi indulgeam ingratitude. Nemo audebat desuper effari verbum, sed omnes percutiebant pectus & solvebantur in lacrymas: quam enim ex-

cusationem afferre quis posset, quod non amet Deum, qui tanta nobis exhibet amoris indicia.

Quid ergo vultis, ut faciam, dicit nobis Jesus Christus è Cruce sua, ut extimulem vos ad amandum me? non est animus adeo vecors, qui renuat amare illum, à quo prævenitur amore vehementi. Quando mihi demonstrandus fuisset amor infinitus, quo prosequor Deum Patrem meum, quid amplius facere potuissem, quam quod feci, ad demonstrandum vobis illum, quo erga vos afficior? & quando (per impossibile) redimere debuissim unam è tribus divinis Personis, quid dare potuissem pretiosius, quam quod do pro anima vestra; & vos parvi hanc æstimatis, ut perdatis ipsam pro nihilo? probè vidi hæc omnia, explorata mihi erant futura vestra ingratitude; nec me latebat, quod invito me vestras perdituri essetis animas; & omnibus hisce non obstantibus, non cessavi amare vos magis, quam propriam vitam meam, & mori pro salute vestra.

O amor incomprehensibilis Jesu patientis & morientis! non nisi tuum est triumphare de malitia & ingratitude hominum. Exhibere favores maximos, hosque profundere in manus ingratorum, victoria profecto est amoris maximi; sed hos pro-

Jesus Christus tantum nobis exhibuit amorem, ac si exhibere illum debuisset Patri suo.

Admirabilis triumphus amoris Jesu Christi in Cruce.

profundere, ipsosque exhibere, reluctantibus vecordissimis quibusvis ingratitude; quis amor alius, quam tu solus, ô JESU, de his posset triumphare? Tu moreris ex amore omnium peccatorum, pro infinito numero infidelium, qui nunquam cognoscent te, de hoc ipsi nil scient, nec ob hoc tibi unquam reddere poterunt grates. Tu moreris pro hæreticis, qui exinde dicendi desument ansam: vivamus jucundè, nec quidquam patiamur, JESUS CHRISTUS jam passus est pro nobis. Tu pateris pro plurimis malis Christianis, qui nullo unquam ex hoc tangentur gratitudinis affectu; quâ ratione amare potes eosque hos omnes, ut mori velis pro eis? O amor invincibilis! ô amor triumphans! quàm es admirabilis!

Debemus credere amori JESU.

Sed quia tam potens es, ô amor Redemptoris mei, flecte igitur rebelles nostras voluntates, absolutum tibi accipe in illas imperium, compellens ipsas, ut renuntient ex nunc, & semper deinceps amori mundi & amori proprio, nec obtemperent nisi tibi soli. Tu conspexisti adhuc grati memoriam animi in frequenti multitudine fidelium animarum, quæ amarunt te usque ad rotas, usque ad rogos arden-tes, usque ad unguis ferocium bestiarum, uti videre erat in tot tantisque Martyribus. Et adhuc

visa, est, & videtur ingens mortalium frequentia, qui, ut sequantur te, reliquerunt omnia, contempserunt omnia, & mundum, & honores, & voluptates, & divitias, & consanguineos, & seip-
 sos, ut non amarent nisi te, ut non adhærent, nisi tibi soli. Quando ergò erit hoc? nonne tempus est, ô sacrate amor JESU! ut gloriosam hanc reportes victoriam de obfirmatâ duritiâ cordium nostrorum? an nunquam non futura hæc erunt mundi & amoris proprii mancipia?

Ecce splendorem maximum E Cruce sua
 victoriarum tuarum, triumpho- JESUS omnia
 rumque tuorum, ô amor omni- trahit ad se.
 potens! cum prævaleas ipsi Deo, tibi resistendi cui erit potestas? aspicio te velut magnetem sacrum, armatum ferro ad pedes manusque: ecce te in tota fortitudine tua: cum ergò dixeris, te, cum elevatus fueris à terra, omnia tracturum ad te, imple promissiones tuas, trahè nos, abstrahè & erue nos à creaturis, & à nobismetipsis, ut non adhæreamus, nisi tibi soli. Amor arma- Brachia JESU
 tus est arcu suo & sagittis suis. sunt arcus, &
 Quando aspicio te brachiis in cor ipsius est
 Cruce expansis & colligatis; ec- sagitta,
 ce tibi arcum amoris; sed ubi sagitta est? video illam in medio tui; est cor tuum totum accensum flammis sacris, ô JESU! & video totam jam expeditam ad

ad abeundum ab arcu amoris hanc sagittam, apertum ad hoc jam foramen est in pectore tuo. Emitte illam, Domine, ex omni fortitudine tua, collima & fige tibi scopum, infelix cor meum, feri illud aliquando desiderabili hoc ictu, quo vulneratum moriatur sibi ipsi, ut non vivat amplius nisi tibi soli. Ita, mi amabilissime Salvator, id desidero ex toto corde meo: si minima pars cordis mei deflectere velit à te, & non tota dicata & devota sit soli amoris tuo, erue illam Domine, & destrue ipsam; renuntio ipsi, & nolo amplius, ut mea sit, quando tua amplius non erit.

Considerandum, in qua corporis habitudine Jesus Christus apparuerit nobis in Cruce.

Vellem vobis hinc dicere, fratres mei, quod sanctus Bernardus olim dixit totus amore succensus erga Jesum crucifixum. Considerate bene figuram ejus, & observate habitudinem corporis, quam refert vobis in hac Cruce. Demittit caput, seque inclinat erga vos, ad dandum vobis osculum pacis; brachiis manet expansis, vobisque apertis, ad amplexandum vos, vosque recipiendum ad misericordiam: manus gerit perforatas; hinc gratiarum thesauri sunt, quos referatos omnino tenet, ut effundat omnes super vos. Videtis apertum latus ejus & cor transfixum. Ah! chari fratres mei,

non intelligitis, loqui hoc cor cordi vestro, vobisque declarare, quantum vos amet; amabile hoc cor invitat vestrum, & incitat illud, ad intrandum in se, ibique commorandum, ut ardentissima simul jungantur amicitia, nec unquam ab invicem separentur: pedes tenet clavibus affixos Crucis; ut assecuret vos, se non recessurum à vobis, vosque hinc semper inventuros ipsum, si hinc ipsum volueritis inquirere. Et tandem totum corpus ipsius extensum apparet vobis in hac Cruce, ad insinuandum vobis, quod suas ubique extendat misericordias, etiam maximos super peccatores, quodque se totum tradat pro salute vestra.

Quid deducendum ex hoc, nisi egregium hoc effatum, & efficax sancti Bernardi desiderium: *Totus nobis figatur in corde, qui pro nobis totus fixus est in Cruce.* Finem imponere volebamus Consultationi eximio hoc effato & affectu, sed bonus noster Ecclesiasticus consulto & prudenter nos monuit: an ergo relinquamus Jesum Christum, qui amabilis est Pater noster, morientem in Cruce, quin videamus expirantem ipsum, postulantes ab eo benedictionem, & aliquam testamenti sui partem?

S. Bern.

Æquissimum est, ut per hoc finiamus.

Gggggg ARGU.

ARGUMENTUM.

De Testamento & Morte Jesu Christi.

ARTICULUS VI.

DOlores vehementes non possunt durare diu : quos patiebatur Jesus Christus in Cruce tam vehementes erant, ut intra tres horas ipsius consummaverint vitam. Nihilominus, ô potentia admirabilis ! ô triumphus incomparabilis amoris sui erga homines ! inter actuales dolores ac tormenta, obliviscitur sui, seque totum integrum, & studiosius quàm unquam, magno impendit & devovet operi salutis nostræ.

Septem verba
Jesu Christi
in Cruce.

Prima ipsius cura est, petere à Deo Patre suo veniam pro inimicis suis, exspoliantibus se vitâ : *Pater dimitte illis.* Meminit exin amicorum suorum, & promittit Paradisum, illo adhuc die possidendum bono latroni : *Hodie mecum eris in Paradiso.* Posthæc suorum memor consanguineorum, assignat sanctissimæ Matri suæ, dilectum discipulum suum Joannem ceu Filium & consolatorem : *Mulier, ecce Filius tuus.* Quartò convertit se ad Deum Patrem suum, & amabiliter de sua conquerendo derelictione, resignat se divinæ voluntati, immolari paratus ad ipsius gloriam : *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me.* Porro nos alloquitur, nobisque ardentem, quâ torque-

batnr, exponit sitim, id est, succensum salutis nostræ desiderium, quo trahebatur ad mortem : *Siris.* Dein revolvens animo æterna misericordiæ suæ decreta pro redemptione humana, & eorum, quem fecerat executionem, benedicit Deum Patrem suum pro eo, quòd omnia sua adimpleta sint consilia, & ait : *Consummatum est.* Tandem suam remittit animam in manus divini Patris sui, à quo acceperat illam : *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Et sic cessavit vivere, & incepit mori, ut non moreretur amplius in omnem æternitatem.

Verùm estne ergò hoc totum, quod fecit, Testamentum ? Audio loquentem ipsum nobis in Scriptura, velut è Cruce sua, jamjam accinctum ad moriendum : *Disposui Testamentum electis meis ; feci testamentum meum, & distribui moriens electis meis omnia bona mea.* Venite omnes electi ipsius, venite omnes, qui agnoscitis Jesum Christum ceu amabilem Patrem vestrum ; venite, tempus est ; ecce jam ipsum in strato mortis mox exspiraturum ; adeste, ut in partem veniatis testamenti ipsius ; postulate ab eo,

Psalm. 88.

Omnes Filii
Jesu Christi
debent petere
partem ex te-
stamento ip-
sius.

ab eo, quidquid volueritis; eam bonorum suorum elargietur vobis portionem, quam petieritis. Mi Pater divine, da mihi honores. Sed tales non habeo, mi fili; namque absorptum me cernis summis opprobriorum & ignominiarum procellis. Da mihi ergo divitias. Sed vides, me & ipsis carere, meque mori exspoliatum omnibus. Largire ergo mihi voluptates. Sed obrutum me spectas omni dolorum genere, nullaque fruente voluptate alia, nisi illa, quod me videam rotum immolatum pro gloria Dei Patris mei, & pro salute tua. Sed tandem, quam è testamento tuo mihi conferes portionem, cum fruam honore, quod tuus sum filius?

Relinquo per testamentum meum omnibus meis electis, omnibus meis filiis, omnibus meis amicis, quod pretiosissimum mihi est in mundo, meam crucem, meas spinas, meos dolores, meam paupertatem, meas humiliationes, meas persecutiones, & tandem omnes afflictiones meas. Ecce hoc totum, quod donare ipsis possum in hac vita: siquidem Pater relinquere non potest per testamentum, nisi id, quod possidet moriturus. Qui non venerit in partem testamenti mei, non veniet in partem hereditatis meae. Sed quando videris, haud deesse tibi cru-

ces, quas portes; opprobria, quae forbeas; persecutiones, quas toleres; paupertatem, quam sufferas; dolores, quos sentias; & tandem, quando fueris quasi totus crucifixus, totusque afflictionibus obrutus: latere, & esto memor, hanc optimam esse portionem, quam conferam tibi ex testamento meo, esse notam, te ex charioribus meis esse filiis, adeoque magis securum esse te posse, quod optimam habiturus sis partem ex hereditate mea. O quantum solatii magna haec veritas, si bene ponderetur, Personis affert afflictis!

Ecce igitur adorandam hanc victimam, quae consumitur in flammis amoris sui supra pyram Crucis, omnino jam expeditam, ut suum emittat spiritum. Dirigit ipsa ad nos omnes verba haec amore plena: *Dicere dilecto meo, quia amore langueo.* O anima, quam formavi ad imaginem meam, pro qua descendi de caelo in terram, cui praeparavi Paradisum, quam dabo tibi: aspice languentem me in hac Cruce, quodque moriar amore tui. Memineris moriturum me non fuisse, nisi amassem te plus quam propria vita mea.

O Deus amoris! Deus bonitatis! nonne dicamus cum Apосто-
stolo illo: *Eamus & nos, & moriamur cum eo;* & amore illius, sicut is mortuus est amore nostri.

Gggggg 2 Mo-

Ultima verba, quae Jesus Christus ad nos dirigit, ut suum emittat spiritum. Dirigit ipsa ad nos omnes verba haec amore plena: *Dicere dilecto meo, quia amore langueo.* O anima, quam formavi ad imaginem meam, pro qua descendi de caelo in terram, cui praeparavi Paradisum, quam dabo tibi: aspice languentem me in hac Cruce, quodque moriar amore tui. Memineris moriturum me non fuisse, nisi amassem te plus quam propria vita mea.

Cant. 2. v. 5.

Moriendum nobis est cum Jesu Christo. Joau. 11. v. 16

Moriamur mundo, moriamur peccatis nostris, moriamur nobismetipsis. Divina ipsius charitas, quæ urget nos, quando tanto cum splendore nostris objicitur oculis, an tantum non habeat roboris, ut nostra lucretur corda, nobisque efficaciter persuadeat, vivendum nobis amplius non esse, nec mundo, nec nobis ipsis, sed illi soli, qui mortuus est pro nobis? Ita, mi Jesu, moriens amore mei, morior hodie amore tui huic vitio, huic perversæ inclinationi, cui heu nimis diu vixi; morior hinc illi ad pedes tuos, ipsique in æternum renuntio.

Ecce igitur tandem horam tamdiu expectatam, in quam cunctorum sæculorum collimaverunt oculi; ecce momentum hoc, quod omnes creaturas summâ defigit attentione, timore, reverentiâ: ecce momenti & ponderis maximi momentum, in quo Deus moritur immortalis, ut nobis omnibus morte suâ comparet vitam æternam. An non videtis, totum universum fæsusque deque verti, tremere terram, diffindi petras, obscurari solem, totamque naturam induere se luctu? Attendite, expirat, ecce illum reddentem ultimum suo Patri spiritum: *Emisit spiritum.* Factum est, emisit spiritum, sic sacrum nobis affirmat Evangelium. Quò autem emi-

sit illum? in animas, quæ mortuæ sunt spiritui mundi, ut non nisi de suo vivant deinceps spiritu. Qui ^{Jesus Christus} divinum ipsius recipere vult spiritum, aperiatur cor suum Deo ad illum recipiendum. Quis igitur ^{expirans suum in nos mittit spiritum.} amabilem hunc & adorandum in corde suo recepit spiritum? ille, qui deinceps non nisi vivet de spiritu Christi Jesu. Eja nimium felix anima! si divinum hunc recepisti spiritum, fac igitur vivere in te Jesum Christum, postquam mortuus est pro te in Cruce. Conserva studiosè amabilem hunc spiritum, & cura, ut animeris illo, & ipse sit, quo imposterum in cunctis tuis dirigare operibus.

Verùm adorandum ipsius corpus permanet adhuc conclavatum Cruci: expostulat à te sepulchrum; an id concedere non voles ipsi? ne inquiras aliquod procul à te, haudquaquam invenies, quid acceptius sit illi, quam proprium cor tuum, ut regnet in eo, qui mortuus est; nec melius poteris ipsius satisfacere votis, nisi faciendo, ut quiescat in illo, postquam est mortuus. Si igitur clausisti jam cor tuum, ut reciperes in eo divinum ipsius spiritum, resera id denuò, ut pretiosum illius recipias in ipso corpore. Scriptum est: *Et erit sepulchrum ejus gloriosum.* Verum est, quòd illud, in quo illatus est depositus de Cruce, ita mox honora-

moratum fuerit; ut circumseptum fuerit custodibus velut thronus regius: exin innumerabilis mortalium accessit multitudo, ut venerentur illud ab extremis terræ; & Turcarum Imperator inter alios honorum titulos, quibus esse se jactat Regem Regum, gloriatur præcipuè, custodem se esse sepulchri Dei Christianorum.

Omnia hæc nihilominus parva sunt respectu gloriæ & felicitatis, quam recipies, si consignas illi, ceu sepulchrum, cor tuum. Conserva sollicitè pretio-

sum hoc depositum, ubique circumfer illud, numera sacratas ipsius plagas, illarumque unam adora post alteram, unge illud pretiosis unguentis millenorum sanctorum affectuum: cor tuum honorari merebitur ab ipsis Angelis; & ut ipsius memoriam tibi semper reddas præsentem, semperque consolatoriam, insculpere poteris Epitaphium hoc cordi tuo:

*Hic jacet Jesus, hæc die mortis.
Ostendens, quàm sit amor fortis.*

CONSULTATIO XXIX.

De Triumphali Resurrectione Jesu Christi.

Ecce igitur tandem consolatam te, ô natio Judaica, eòquod Jesus Nazarenus, in quem tum invidiâ tuâ, tum implacabili debachabaris odio, jamjam occubuerit, & clausus teneatur modò in sepulchro. Præcipuus quidam Vatum tuorum aspexerat à longè Scribas tuos, Phariseos tuos, tuosque Pontifices sua instituere conciliabula, ad deliberandum de modis & mediis perdendi ipsum, & exterminandi à facie terræ. *Venite, mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium.*

Jerem. II.
v. 19.

Ille homo tam sublimem per miracula sua comparavit sibi exultationem, per conciones suas, per vivendi methodum, ut totus mundus post ipsum abeat, nec faciat verba nisi de ipso; & videtur, nos intuitu ipsius nullius amplius esse æstimationis: exspoliavit nos ipse cunctis honoribus nostris, & illicò nostris nos exuet dignitatibus, nostris muneribus, nostris proventibus, è medio tollendus est, quanticunque stet nobis: occidamus ipsum infami crucis ligno; quando morietur ita, omnes ipsius morien-

Gggggg 3 tur